gnetur apponere, ad laudem Omnipotentis Dei, et cultum Beatissimæ

Virginis augendum, in cuius Pultoviensi Ecclesia funditur etiam preces im-
penser apud Deum pro Sanctitatis Vrā et eius Sanctorum desiderionum felici-
te et prosperitate nec non Sanctā Matris Ecclesiæ, et Sedis Apticæ exaltatio-
ne Cuius Deus &

Sacra Congregatio Eminentissimorum et Reve-
rendissimorum S.R.E. Cardinalium Negotijs et Consultationibus Episcopo-
et Regularium præposita, attenta relatione Nunty Apticī in Polonia residen-
eidem benigne commisit, et Veris existentibus narratis, et quatenus expedire
consuevit, petitam facultatem pro suo arbitrio et conscientia, Gratiosibus im-
partiatur. Cuius 17 Martij 1707 G. Cardinalis Sapinetus Loco + sigilli.

Nos Vero ad Executionem commissorum et Nobis per E. Antiquis Nuncium
Datam Sacram Congregationem Eminentissimorum ac Reverendissimorum
Jrōnem S.R.E. Cardinalium Negotijs et Consultationibus Episcoporum et
Regularium præpositam demandatorum deuenire volentes, cum eā fuffi-
cienter Nobis de Veritate narratorum apud Sanctam Sedem Apticā po-
rectorum constiterit et constet, quodq; exinde nullum præiudicium mate-
no Andreæ Abbati Commendatario Præcen et suis Successoribus gene
retur, quando nec ipse nec sui Antecessores ab immemorabili tempo-
re prædictas Scultetias Siedliska et Lubschow possederunt, sed con-
tinuo illas Laici Nobiles soleant possidere, hucusq; ex illis pro
se tollere, attento etiam consensu moderni Andreæ Abbatis Commenda-
ry pro huiusmodi applicatione, et fundatione præfato facultatem
applicandi in perpetuum prædictas Scultetias Siedliska et Lubschow
Ecclesiæ Beatissimæ Mariæ Virginis prope Oppidum Pudow Sub Di-
rectione Capituli Monasterij Præcen Auctoritate Sacræ Congrega-
tionis Eminentissimorum ac Reverendissimorum Jrōnum S.R.E. Cardinalium
Negotijs et Consultationibus Episcoporum et Regularium præpositæ
Sanctitatis Sedis Apticæ Nobis ut Supra concessa impartiendam et im-
duximus prout per præsentes impartimur, huiusmodiq; applicationem
et fundationem respective, eadem Auctoritate approbamus et confirmamus
ac robur perpetuæ firmitatis tenore præsentium adjicimus, ita ut nullo
unquam tractu temporis per quempiam, quacunq; Auctoritate fungen-
tem huiusmodi Applicatio, et fundatio sub quocunq; prætextu seu
prætensa læsione Juniorum Abbatialium violari et infringi valeat.

Sub

Cum obligationibus tamen vt ad proportionem reditus scultetiarum predicta-
rum augeatur numerus Monachorum presse deputandorum pro seruitio Eccle-
sie supramemorate Beatissime Virginis Marie. Et ex ydem bonis fiant expen-
sa pro Missis ac conseruatione et augmentatione Sacrid et Ecclesiastici Suppel-
lectilis pro conseruandis et restaurandis edificijs. Pro seruitoribus pro fu-
turis tamen in maiori numero auertendis in solemnitatibus ad volun-
tatem Ecclesiam Beatissime Virginis. Obligamus insuper Patres Deputatos
ad seruitium dicte Ecclesie, vt singulis hebdomadis teneantur celebrare vi-
nam Missam ad Altare Beatissime Virginis pro moderno Rdmo Abbate
commendatario et secundum suam intentionem. Hac tamen expressa condi-
ne, vt directio huius fundationis semper maneat penes Capitulum Pyne-
cense. Non obstant. In quorum fidem &c. Datum Cracouie die
Vigesima Mensis May Anno dñi Millesimo Septingentesimo Septimo.
Idibus Andr Episcopus Nazarenus Nuntius Apostolicus manu propria
Locus + Sigilli AAG Nobilis Stuchior Generalis Palatinus Plocensis.
Sui Cancellarius.

Actus Capituli Generalis Monasterij Pyncen. Sub
Regimine Illmi et Rdmi Dni Dni Constantini Stanislai
de Mine Mirecki Abbatis Monasterij S.ti Crucis Sandomi-
tani ejusd Mrij Commissarij Visitatoris expedit Anno 1707.

In Nomine Dni Amen. Per hoc Publicum Instrumentum cunctis pateat
evidenter et sit notum. Quomodo Anno à Nativitate Dni nri Jesu Christi
Millesimo Septingentesimo Septimo Indictione Romana Decima Circa Pontifi-
catu Sanctissimi in Xto Patris ac Dni Nri Dni Clementis Divina Providentia Papæ ejus Nominis
XImi. Feliciter moderni Anno ipsius Octavo. Die vero Jovis Vigesima Mensis Junij
Illustrissimus et Rdmus Dnus Constantinus Stanislaus de Mine Mirecki Divina Vo-
catione Abbas Monasterij Sancte Crucis in Monte Calvo Ordinis Sancti Patris
Nri Benedicti prius in Anno proxime preterito ad Eminentissimo Illmo
Rdmo Dno Horatio Philippo S.R.E. Presbytero Cardinali Spada Episcopo
Lucano postea Cuntio Apostolico in Regno Polonia existente datus et deputatus.
Deinde ad presens ab Illmo et Rdmo Dno Julio Piazza Dei et Apostolicæ
Sedis gratia Archiepiscopo Nazareno, Sanctissimi Dni Nri Providentia Dni Cle-
mentis Divina Providentia Papæ ejus Nominis XImi Prelato Domestico et
Assistente, ejusdemq et Sanctæ Sedis Apostolicæ in Regno Poloniæ et Magno Ducatu Lithua-
nia

Lithuaniæ cum facultatibus Legati de Latere Nuntio Apostolico Monasterij Abbatiæ Tyne-
censis Ord. S. Benedicti Diœcesis Cracovien. in Spiritualibus Administrato
confirmatus et approbatus Commissarius Visitator. In Termino hodierno Vigore Com-
missionum Suarum tam patente quam Moderno Illustrissimo et Reverendissimo Dño Nuntio Apo-
stolico modo supra insinuato emanatarum nec non inhærendo limitationi seu Intimationi
Capituli Generalis correctionis et Ordinationis Monasterij Tynecensis, in articulis
Capitularis prout Electionis Prioris Tynecensis facta et inchoatæ Visitationis Mobi-
et bonorum Particularium ad idem Monasterium pertinentium in Anno proxime
elapso Millesimo Septingentesimo Sexto celebratis facta, et de Consensu totius Ve-
nerabilis Capli in hoc usque tempus prolongatæ atque Innotescentialibus Literis tam
hic in Annunciatione Monasterio Tynecensi relictis et Publicatis quam in Particula-
ribus Abbatijs et Præpositurabus hinc Spectantibus et annexis ad notitiam omnium
Rei et Interesse ad Capitula habentium deductæ. Quarum Earum Innotescentialium
Actum præsentem præcedentium Tenor Sequitur talis.

Ignatius Stanislaus de Mirow Miseratione Divina Vocatione Abbas Monasterij
Sanctæ Crucis in Calvo Monte, Regularis Observantiæ de Cassino Ordinis Sti
Benedicti Diœcesis Cracovien. Ad infrascripta Authoritate Apostolica Visi-
tatore Commissario. Perillustribus Dnis et Admodum Rdis in Christo Patribus
Priori Tynecensi, Abbatibus Tynecensi et Orlovien., Præposito Hopicimensi,
Suchodolensi et Unejovien. Supremo, Decano, totique Nobili Capitulo Mona-
sterij Tynecensis Ordinis Sancti Patris Nri Benedicti Professis Salutem a Deo
nra Sempiternam, Officiosumq. Nrum promptitudinem. Novenint Universi
Quod Nra Etiam Indignitas Nra Nomine Vice. Quomodo ab Eminentissimo Illustrissimo
ac Reverendissimo Dño Horatio Philippo S. R. E. Presbytero Cardinali Spada Episcopo
Tusculano Sanctæ Dñi Nri Dñi Clementis Divina Providentia Sapientissimi Nominis
XI.mi Sanctitatis Sedis Apostolicæ ad Serenissimum Augustum II. Poloniæ Legem
Totumq. Regnum Poloniæ et M. Ducatum Lithuaniæ cum facultatibus Legato de La-
tere Nuntio Apostolico Literis Commissionis in Personam Nostram in Ordine primo
quidem ad Præsidendum Electionibus Trinis, Unius Præpositi Suchodolensis sub die 24
Mensis Junij, alterius Novi Prioris Tynecensis sub die 7ma Mensis Octobris
Anni proxime elapsi Millesimi Septingentesimi Sexti in Capitulis prædicti Mo-
nasterij Tynecensis et legitime celebratis, Deinde ad Admodum Patrum
totius Nobilis Capli et Monasterij prædicti Tum ad Visitandum hoc idem Mo-
nasterium Tynecense Loca annexa, videlicet Abbatiæ et Præposituras ipsi
Incorporatas, tam quo ad Residentias, Ecclesias, et Personas, quam quo ad Bona

ipsis

ipsis subiecta de Data infrascripta emanatae et extraditae ad Nosq Stante Actu Supratactae Electionis Novi Prioris Tynecensis devenerint, ac in Continenti Vnbli Capitulo, omnibusq Adm Rndis ac Religiosis Patribus et Fratribus Capitularibus pro tunc Congregatis Notificatae et Publicatae omniumq unanimi Consensu acceptatae fuerint. Quarum quidem Litterarum Commissorialium in Ordine ad Visitandum Tenor est talis Horatius Philippus S. R. E. Praesbyter Cardinalis Spada Episcopus Lucanus Ssmi Dni Nri Dni Clementis Divina Providentia Papae ejus Nominis XI^mi Sanctaeq Sedis Apostolicae ad Serenissimum Augustum II. Poloniae Regem Totumq Regnum Poloniae et M. D. Lithvaniae cum facultatibus Legati de Latere Nuntius. Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Rndsmo Patri Christino Mirecki Abbati Sae Crucis in Calvo Monte Ordinis Sti Benedicti Salutem in Dno Sempiternam. Cum ex facultatibus a Ssmo Dno Nro Dno Clemente Divina Providentia Papa ejus Nominis XI^mo concessis Nobis competat Legatione Nra durante et intra illius fines per Nos ipsos Seu alios Viros probos et idoneos Monasteria, Prioratus, Praeposituras quorumcunq Ordinum etiam Mendicantium, etiam Exempta et Sedi Aplicae immediate subiecta, et quocunq alio Privilegio suffulta eorumq Capitula Conventus et Personas etiam ut praefertur exemptas et Subjectas quoties Nobis videbitur Visitare corrigere, emendare, inquirere, et deviantes ad Instituti Viam reducere, aliaq facere necessaria et opportuna ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam. Hinc est quod dictis facultatibus inhaerentes, cum personaliter ad Monasterium Tynecense et loca ei annexa gravioribus Negotijs impediti et ob Loci distantiam accedere non possimus, Rndsmae Paternitati Vrae, de cujus Prudentia, Zelo, et discretione plurimum in Domino Confidimus, per praesentes committimus, quatenus prima data opportunitate se conferat ad Monasterium praedictum Tynecense et Praepturas ac omnia Loca ab eo dependentia, illudq et illas ac omnia annexa et adjacentia tam quoad Locum quam quo ad Personas tam in Capite quam in membris juxta Sacros Canones et Decreta Concilij Tridentini Authoritate Nra imo Verius Apostolica Visitet, in illorum Statum, formam, Regulas, Instituta, Regimen et Consvetudines, Vitam, mores, ritus, Disciplinam, tam conjunctim quam divisim, tam in Capite quam in membris diligenter inquirat, nec non Evangelicae et Apostolicae doctrinae et Sacrorum Canonum et Conciliorum Generalium Decretis atq Sanctorum Patrum Traditionibus et Institutis inhaerendo, et prout Occasio rerumq qualitas exegerit, quaecunque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione, et etiam ex integro editione indigere cognoverit, reformet, mutet, corrigat, abusus quoscunq tollat, Regulas, Constitutiones, Observationes, et Ecclesiasticam Disciplinam ubicunq illa excident modis congruis restituat, reintegret, praefati Concilij Decreta.

Decreta, si nondum introducta sunt, proponat et introducat, ac custodiri praecipiat ipsasq Personas male Viventes seu relaxatas atq ab illarum Institutis deviantes seu alias quomodolibet delinquentes diligenter inquirat, corrigat emendet, coerceat et puniat, et ad debitum et honestum Vitae modum revocet, prout justitia suaserit et ordo dictaverit rationis. Insuper Bona Monasterij praedicti Visitet, illorum qualitates referat, rationes ab Administratoribus Mensae Monasterialis exigat, aliaq omnia faciat, quae Nos ipsi si personaliter praesentes essemus possemus facere, communicantes ad hos effectus Nras omnes tam Gnales quam Particulares quibus fungimur facultates. Non Obstantibus quibuscunq Statutis et Consvetudinibus ejusdem Monasterij aut Ordinis etiam Juramento firmatis aut quibusvis Privilegijs et Indultis Aplicis Gnalibus vel Specialibus Superioribus et Personis sub quibuscunq tenoribus et formis, ac quibusvis etiam Clausulis et Decretis perquoscunque ac quotiescunque concessis, confirmatis innovatis, quibus tam conjunctim quam divisim derogamus et derogatum Volumus per praesentes. Volumus autem praeterea quod Paternitas Vra Rndsma de omnibus per se gestis et factis in dicta Visitatione plenariam Nobis relationem faciat, ut deinde ea approbare seu respective prout Nobis Visum fuerit reformare Valeamus. In quorum fidem &c Datt. Opaviae in Silesia. Die Secunda Mensis Octobris Anno Dni Millesimo Septingentesimo Sexto. Joannes Carolus de Vannis Auditor Generalis. Locus Sigilli. Adalbertus Skwarczynski Cancellarius manu propria. Quibus quidem praeinsertis Lris Visitationis ijsdemq modo quo supra coram Vnbli Capitulo Tynecens lectis, auditis et reverenter susceptis satisfaciendo supra specificatae requisitioni, et affectationi totius Vnblis Capituli, inchoata Visitatione ipsius Monasterij ab Ecclesia et Sacrario Conventuali (prout fusius de his in Actu Electionis Prioris Tynecens habetur) idq ex justis rationibus, quoniam in tam Calamitosissimo rerum Statu Monasterium sine legitimo superiore subsistere non Valeat, ideo ad Electionem ejusdem omnino peragendam condescendendum censuimus, prout de facto eandem rite expedivimus et canonice absolvimus. Eo nihilominus in consideratione habito, quod licet solennitates ante Electionem praemittendae nempe Visitationis et Calculationum Officialium Monasterij in parte tantum sed non ex integro praecesserint, tamen animo perficiendas esse duximus, prout in instanti ad excipiendas rationes calculationum ab Officialibus substantiam Monasterij

tangentibus.

tangentibus, tum de Proventibus et expensis per Deputatos ad ipsum Salutatores expediendas assignavimus. Jam vero Visitationes Particularium Monasteriorum et Conventum per Nostram Personam peragendas ex postulatione Vestri Capituli in Nos suscepimus, quemadmodum jam ipso facto a Capite inchoatam, deinde in Prapositura Tuchoviensi sub Die Decima Octava Mensis Octobris factam expedivimus. In Abbatijs autem Trocensi et Orloviensi, nec non Prapositura Hospitalensi ad Unijoviensi ob impossibilitatem et penuriam calamitosissimas hostilitatis, pro alio commodiori et Nobis melius viso tempore reservavimus, et reservamus. Nihilominus ad effectum premissorum signanter exprobata Instantia cum Prapositura Tuchoviensi incompatibilitate, alias pro unius ex duobus Officij Assumptione Capitulum Electionis et Ordinationis Generale in Monasterio Synecensi Die Vigesima Mensis Junij in Anno currenti Millesimo Septingentesimo Septimo de Unanimi totius Vestri Capituli Synecensis consensu et Authoritate Nostra Commissoriali celebrandum indiximus et assignavimus prout indicimus et assignamus in Dei Nomine Vigore presentium. Ad quod Vras Rndas et Adm Rndas Dnaones cum congratulibus suis legitimum Jus et Interesse habentibus in Virtute Sctæ Obedientiæ et sub Excommunicationis pœna ipso facto incurrendâ, aliisq; pœnis ad Arbitrium Nostrum juxta exigentiam rei irrogandis requirimus et invitamus. Non obstantibus &c. In quorum fidem presentes manu Nâ subscrâs, sigillo communiri justimus. Datt: in Monasterio Synecens. Die Decima Mensis Maij Anno Dni Millmo Septingentesimo Septimo. Christinus Stanislaus Mirecki Abbas Monasterij Sctæ Crucis Commissarius Visitator manu propriâ. Locus Sigilli. Ita Josephus Pauzynski Ord. Sancti Benedicti Missi et Rndmi Dni Commissarij et Vestri Capituli Synecensis Notarius manu propriâ. Transmissa et legitimè executi publicata, inhibente et protestante. Satisfactumus in toto omnibus quæ in Visitationibus Regularibus fieri solent et debent, ad idem Monasterium Synecense pro more in suprascripti Intestantialibus termino scilicet in Vigilia Festi Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli superveniit et descendit, recta ad Ecclesiam Parochialem procedendo in ea ab Adm Rndo Pre Priore cum alijs permultis Rndis Patribus et Fratribus humiliter salutatus, cum omni Reverentia Commissalium Apostolicum Mandatum ad Reverendam sibi præparatam introductus pro solito more quiescendi rogatus est. Previa Divina ad sonando quia Solemnitatem Conventus Festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli concelebrant, ac pro Solennitate in crastino

celebrand

celebranda invitatus non recusaverit, quâ peracta postridie Sacrificio Missæ Votivæ de Spiritu Sancto per ipsummet Illrsmum et Rndsmum Dnum Commissarium Visitatorem celebrato, et finita devotione absolutisq Divinis Officijs juxta Consvetudinem Loci ad Mandatum ejus pulsata Campana Capitulari omnes Religiosi et Rndi Patres et Fratres Capitulares pro tunc in Monasterio præsentes in loco Capitulari steterunt, prænominatumq Illrsmum et Rndsmum Dnum Commissarium prout in antecessum affabiliter susceperunt, ac Jurisdictioni Commissoriali benevolè se submiserunt. Quare præmissa accurata functionis suæ et Jurisdictionis competentis Illrsmus et Rndsmus Dnus Commissarius Visitator Apostolicus parænesi, reassumptionem omnium Actuum Capitularium in antecessum gestorum et in ulterius ad Majorem Dei Cultum et laudabiliorem Observantiæ Regularis ac Ordinis Nri effectum perficiendorum promptum et facilem se exhibiturum declaravit, insinuans limitatas Calculationes Officialium et internam Monasterij Visitationem his diebus Dei favente gratia perficiendam fore, ac ut præparamenta necessaria in prioribus Capitulis commendata, in promptu ab ijs à quibus debentur, habeantur, indixit; simulq ad Scrutinia fideliter recognoscenda, juxta Interrogatoria opportuna de Observantia, Vita, moribus, alijsq occurrentijs conscripta, sub conscientia unijscujusque recta sine omni favore aut odio vel timore revelanda paratos esse adhortatus est. Et quoniam ex motivis suis tunc Notarium Capitularem ad ejusmodi Secreta Scrutinia internæ Visitationis adhibere non est Visum, ideo in hunc locum consensu totius Vnblis Capituli mediante, Adm Rndum Prem Martinum Xicienski Ordis ejusdem Monasterij vero Sanctæ Crucis Professum pro Secretario in connotandis ijsdem Scrutinijs constituit et assumpsit. Deinde ne aliquod dubium aliquando eveniat in Transactione præsentis Capituli Generalis præsertim exinde, quod præsens Commissio sub Titulo Eminentissimi Illrsmi ac Rndsmi Dni S. R. E. Præsbyteri Cardinalis Spada pro tunc Nuntij Apostolici inchoata fuerit, ideo recentem Commissionem a Moderno Illrsmo et Rndsmo Dno Nuntio Apostolico, et in privatis Lris expressè demandatam et in publico

et in publico Instrumento ex Cancellaria Sacræ Nuntiaturæ edito et emanato omnes perplexitates repellendo supra Nominatus Illmus et Rndmus Commissarius Visitator reproduxit, ac utrasque publicè coram Vrbli Capitulo tam privatas quam in Publico Instrumento specificatas Confirmationem et approbationem inchoatæ Visitationis præseferentes et continentes, et non tantummodo in Monasterio Nro Tynecensi sed etiam in plurimis Sacri Ordinis Nri Monasterijs Visitandi facultates sibi concessas enarrantes ptunc Notario Capitulari perlegere, clara et intelligibili voce demandavit. Quarum quidem Lrarum privatarum sequitur Tenor de Verbo ad Verbum ejusmodi. Rndsmo Patri Christino Stanislao Mirecki Benedictino Abbati Monasterij Sanctæ Crucis Calvomontano. Rndsme Pater. Quantumvis Reveredmæ Paternitati Vræ per Dnum Abbatem Vannis super ijs quæ demandatam sibi ab Eminentissimo Cardinali Spada Monasteriorum Polono Benedictinorum Visitationem, et signanter expressorum, in amantissimis ad me Lris Vris concernunt mentem meam satis superq innotuisse pro certo habeam, attamen à me etiam eandem significatam volo, nec latere supradictam Provinciam a Rndsma Paternitate Vra administrari per me licere, quin et ex animo velle Curas Vras pro bono Religionis et disciplinæ incolumitate alienissimis temporibus pro Virili servanda fortunet Deus Dum ego meritorum Vestrorum æstimator acerrimus et promovendorum avidissimus Selectissimas Rndsmæ Paternitati Vræ refero gratias, pro urbano apprime officio quo ad hasce partes appulsum meum est prosecuta. permaneo Rndsmæ Paternitatis Vræ Paratissimus ad inserviendum. Julius Archiepus Nazarenus. Opaviâ. Duodecima Januarij Millesimo Septingentesimo Septimo. Locus Sigilli. D. Mirecki Abbati Mnrij S. Crucis. Instrumenti vero Publici seu Lrarum Commissionis Generalis pro Visitatione multorum Monasteriorum sequitur talis. Julius Piazza Dei et Aplicæ Sedis Gratia Archiepiscopus Nazarenus Ssmi Dni Nri Dni Clementis Divina Providentia Papæ ejus Nominis XImi Prælatus Domesticus et Assistens Ejusdemq et Sanctæ Sedis Apostolicæ in Regno Poloniæ et Magno Ducatu Lithvaniæ cum facultatibus Legati de Latere Nuntius. Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Reverendissimo Patri Christino Mirecki Abbati

Abbati Sanctæ Crucis in Calvo Monte Ordinis S. Benedicti Salutem in Dnō Sempiternam. Cum ex facultatibus à Ssmo Dno Nro Dnō Clemente Divina Providentia Papa ejus Nominis XVmo concessis Nobis competat Legatione Nostra durante et intra illius fines per Nos ipsos seu alios Viros probos et idoneos Monasteria, Prioratus, Præposituras quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium etiam Exempta, et Sedi Apostolicæ immediatè subjecta et quocunque alio Privilegio suffulta, eorumq Capitula, Conventus et Personas, ut præfertur exemptas et subjectas, quoties Nobis videbitur, Visitare, corrigere, emendare, inquirere, et deviantes ad Instituti Viam reducere, aliaq facere necessaria et opportuna ad Disciplinam Ecclesiasticam restaurandam. Hinc est quod dictis facultatibus inhærentes cum personaliter ad Monasteria Sieciechovien, Lubinen, Chorodiscense et Nieswizien Ordinis Sancti Benedicti et loca eis annexa gravioribus negotijs impediti et ob Loci distantiam accedere non possimus, Rndsmæ Paternitati Vræ, de cujus prudentia, Zelo et discretione, plurimum in Dnō confidimus, per præsentes committimus, quatenus prima data opportunitate se conferat ad Monasteria prædicta Sieciechovien Lubinen Chorodiscense, et Nieswizien Ordinis S. Benedicti et Præposituras ac omnia Loca ab eis dependentia illaq et illas ac omnia annexa et adjacentia, tam quo ad locum, quam quo ad Personas tam in Capite quam in Membris juxta Sacros Canones et Decreta Concilij Tridentini Authoritate Nostra imo Verius Apostolica Visitet, nec non Visitationem Monasteriorum Tynecen Plocen et Mogilnen ejusdem Ordinis Sancti Benedicti, jam aliàs ex Commissione Eminentissimi Cardinalis Spada et respectivè Nra inchoatam per Rndsmam Paternitatem Vram in integrum etiam quo ad Loca ejsdem annexa perficiat, in illorum Statum, formam, Regulas, Instituta, regimen et consvetudines, Vitam, mores, ritus disciplinam tam conjunctim quam divisim, ac tam in Capite quam in membris diligenter inquirat, nec non Evangelicæ et Apostolicæ doctrinæ, ac Sacrorum Canonum, et Conciliorum Generalium Decretis, atq Sanctorum Patrum Traditionibus et Institutis inhærendo et prout occasio rerumq qualitas exegerit quæcunq mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione

renovatione et etiam ex integro editione indigere cognoverit, mutet, corrigat, abu:
sus quoscunque tollat, Regulas, Constitutiones, Observationes, et Ecclesiasticam disci:
plinam ubicunque illa exciderit, modis congruis restituat, reintegret, præfati Concilij
Tridentini Decreta si nondum introducta sunt proponat et introducat, ac custo:
diri præcipiat, Ipsasque Personas male viventes seu relaxatas, atque ab illarum In:
stitutis deviantes, seu aliàs quodolibet delinquentes diligenter inquirat, corri:
gat, emendet, coerceat, et puniat et ad debitum et honestum Vitæ modum revocet
prout justitia suaserit et Ordo dictaverit rationis. Et quia accepimus ex Vi:
sitatione interna et Ordinatione prædicti Monasterij Plocen. ex Commissione
Nostra per Rndmam Paternitatem Vram peracta Ecclesiam prædicti Monrij
destitutam esse Provisione pro Sartis tectis et alijs necessitatibus sibi de:
bita ex bonis Abbatialibus prædicti Monasterij Plocen. quoad præsens sunt
in Administratione prædicti Monasterij, Idcirco Reverendissima Paternitas
Vra pro ejusdem Quartæ Partis consignatione et exdivisione eò citiùs præ:
standa præfata Bona Abbatialia lustret, et quæ pro eadem porcione Quar:
tæ Partis debeant inservire ordinet, ad quem effectum quascunque opportunas
ac magis necessarias facultates Rndsmæ Paternitati Vræ præsentibus con:
cedimus atque impartimur. Insuper Bona omnium et singulorum præ
dictorum Monasteriorum ad Mensam Conventualem spectantia, tum et Præ:
posituranum visitet, illorum qualitates referat, rationes ab Administratoribus
Mensæ Monasterialis exigat, aliaque omnia faciat quæ nos ipsi si personaliter
præsentes essemus possemus facere. Communicantes ad hos effectus Nostras
omnes tam generales quàm particulares quibus fungimur facultates. Non
obstantibus quibuscunque Statutis et Consvetudinibus eorundem Monasterio:
rum aut Ordinis etiam Juramento firmatis, ac quibusvis Privilegijs et
Indultis Apostolicis generalibus vel specialibus Superioribus et Personis
sub quibuscunque tenoribus et formis ac quibuscunque etiam Clausulis et De:
cretis per quoscunque ac quotiescunque concessis, confirmatis, innovatis, qui:
bus tam conjunctim, quam divisim derogamus et derogatum volumus per
præsentes. Volumus autem quod Paternitas Vra Rndsma de omnibus per
se gestis et factis in dicta Visitatione plenariam Nobis relationem faciat, ut
deinde ea approbare seu respective prout Nobis visum fuerit reformare

valeamus.

Valeamus. In quorum fidem &c. Datt. Opavie in Ecclesia Nre Decima
Octava Mensis Maij Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septimo.
Julius Archiepiscopus Nazarenus Nuntius Apcus. Bde Robilibus
Auditor Gnalis. Ignus Egidius Adalbertus Ruwart ynsh Cancellarius
manu propria. Post quarum quidem Literarum Supra insertarum et conte
stationem benevolentiæ et Commissionem generalem in se continentium
attentam lectionem et expressam a Nobili Capitulo exauditionem, Illmus
et Rmus Dnus Commissarius Visitator adjunctis Sibi Patribus ad pro
movendum Commune bonum admonitionibus nonnullis ut Supradictum
est indulgendo hodiernæ festivitati cum Solenni Processione celebrandi debi:
ta, ne aliqua distractio devotionis fiat, tum quia ex Locis Particularibus
nempe ex Prædictis Hoselarensi et Ulriejoriensi Abbatiæ Ordinis
Adm Rndi Patres Capitulares nondum advenerunt, comparitura tamen Spe:
rantur, atq; ob imminentem Solennem festivitatem Visitationis Beatissi
mæ Virginis Mariæ, pro qua Suchoranam aliqui ex Rndis Patribus mitten
di sunt, et per totam Octavam ibidem moratum necessario, ideo ex his
rationibus præsentem Sessionem Suam ad Feriam Secundam proximè
Venturam quæ erit Dies Quarta Mensis Julij limitavit et prorogavit.

Actus Quis Die Lunæ 4 Mensis Julij.

Vigore Limitationis in præcedenti Actu inchoationis Generalis Capitulj
Correctionis, Ordinationis, et Electionis ex rationibus ibidem expressis
factæ et declaratæ post informationem per depositiones Scrutinionum
ab Adm Rndis Patribus et Rndis Fratribus quoad Statum et Bona hu
jus Monasterij hyrecensis se extendentium receptam Illmus et Rndmus
Dnus commissarius Visitator in hodierno Actu Capitulari obligavit omnes
et singulos istius Monasterij Officiales, quocunque titulo modo et prætexto
Administrationem et Dispensationem bonorum tangentes ad dandas fideles
Calculationes Super quarum realitate Jaiant se juxta Constitutiones ante:
cedentium commissionum Juramenta præstituros, quorum Curent et provi
deant, ne aliter ex Revisione Bonorum et Verificatione Regestrorum quæ dicti
onj reservantur tempori etiam post Visitationem innotescat.

Jam

Jam vero ad excipiendas hujusmodi rationes et Calculationes sub Praesidentia Rndsmi Dni Carolomani Myslinski Abbatis Trocensis in loco beneplacito et commodo quantocyus faciendas et expediendas Surrogati, una cum Adm Rndis Patribus Deputatis videlicet Adm Rndo Patre Martino Xicienski Secretario et Capellano Illrsmi et Rndsmi Dni Commissarij Visitatoris Monasterij Sanctae Crucis Calvo Montani Professo, et Rndis Patribus Andrea Ruszkowski Praepto Infirmorum, Lamberto Klonn, Joanne Cantio Kozlowski Magistro Novitiorum atq Carolo Kleczynski Sacristano sui Monasterij Professis, qui in instanti praefatas Calculationes inchoaturi, ad seriam obligantur in omnibus animadvertentiam Unius vel duorum absentia non obstante, Deo ipsi strictam reddituri rationem, et quanam de Causa juxta Constitutiones Commissionum anteriorum quolibet Quartuali tales Calculationes non fuerint peractae investigent et inquirant. Injunctum est quoque specialiter eidem Notario Capitulari quatenus Acta omnia Capitularia anteactarum Commissionum earumq Constitutiones reproduceret, et de executione earum informet ac doceat, tum quoque Contractus cum Tenutarijs seu Administratoribus ratione Bonorum in Tenutis existentium, quibus motivis initi et confecti ac conscripti sint ostendat, Inhibendo in posterum quosvis Contractus et Tenutas non mediocria damna Conventui inferentes, quinimo ab eisdem emundationem omnium Bonorum temporalium omnimode procurandam et pro eliberatione eorum quaevis studia adhibenda demandando, Insuper siquidem post Scrutinium de Statu Bonorum Monasterij, in Ordine descendendum est ad Inquisitionem de Officijs et Conversatione Religiosa omnium et singularum istius Monasterij Personarum, ideo providendo saluti animarum solicite advertatus est Illrsmus et Rndsmus Dnus Commissarius Visitator omnes Rndos Patres et Fratres, ne aliquo odio sive passione, vel etiam respectu aut favore vel timore laborent, sed solam rei Veritatem quomodo illis notum fuerit juxta Interrogatoria, sincere recognoscant, nihil scilicet celando nihil quoque superaddendo idq in Virtute Sanctae Obedientiae, ad quod felicius peragendum in hanc intentionem Adm Rndi Patres Sacrificia Missarum, Rndi vero Fratres Sacramentalem Confessionem et Communionem prius antequam ad examen Scrutiniorum accedant, faciant et offerant, quod se expleturos ad Majorem Dei Gloriam et Sacri Ordinis sui propagationem submiserunt et declaraverunt. His et alijs monitis cum attentione exauditis ex ra-

tionibus

rationibus suprapositis modernam Sessionem Illrmus et Rndmus Dnus Commissarius Visitator ad Feriam Tertiam post Dominicam Quartam post Pentecosten quae erit Dies Martis Duodecima Mensis currentis limitavit, et prolongavit.

Actus 3tius Die Martis 12. Mensis Julij.

In Termino hodierno reassumendo anteriores Actus Capituli moderni Generalis Illrmus et Rndmus Dnus Commissarius Visitator, per Campanae pulsum convocatis omnibus Adm Rndis Rndis Patribus et Fratribus Capitularibus in sua Visitatione ulterius processurum se idq ex Scrutinijs receptis Authoritate Commissoriali declarans in loco Gnalibus Capitulis competenti scilicet in Majori Refectorio Sessionem et Jurisdictionem suam renovavit, ac utrum Calculationes Officialium toties injunctae et demandatae effectum suum sortirentur investigavit. Sed quoniam ex Relatione Rndmi Abbatis Trocensis oretenus facta patuit, quod ob intervenientia ferme quotidie particularia Capitula intuitu erigendae Generalis Congregationis Polono Benedictinae intra hoc Limitationis Spatium Celebrata impediverint easdem Calculationes non potuisse perficere, ad effectum vero praefatae Unionis seu Congregationis Polono Benedictinae omnes applicati declinaverunt, ac pro documento Speciale Instrumentum Instantialium Lrarum pro ejusmodi Sacra Congregatione erigenda confectum et conscriptum, manibusq omnium et singulorum Monasterij istius Tynecens Professorum subscriptum ac firmatum sigillo quoq Monasterij consignatum productum et praesentatum est, hinc grato animo mutuam eamq fortunatam Transactionem uti animabus suis saluberrimam suscipiens inexhauribilem thesaurum ab invicem in Ordine Polono Benedictino invenisse congratulatus est, statimq legere praefatum Instrumentum in Capitulo hodierno mandavit. Cuius tenor sequitur ejusmodi.

In Nomine Domini Amen. Actum in Capitulo Generali Tynecensi Ordinis Sancti Benedicti Anno Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Septingentesimo Septimo. Die vero Nona Mensis Julij. Cisternas Monasteriorum Polono Benedictinorum

dissipatas.

dissipatas, in unum aquæ Salientis in Vitam æternam congregare fontem, et accu:
rata animi trutina legem ponere aquis, religiosa mens est, et post emensa in hoc
Regno Sæcula, æternitatis opus gloriosum quis non Vota? quis non Suffragia?
et candidos ex Ordine Nigrorum Vulgò Monachorum Calculos? Ut Asceti:
cæ multitudinis Credentium et Sub uno Magni Ducis Benedicti Labaro, Mi:
litantium fiat cor unum et anima Una; inde est quod Sumus cum Apostolo So:
liciti Servare unitatem Spiritûs in Vinculo pacis, ut illo docente Simus
unum Corpus et Unus Spiritus, Sicut Vocati Sumus in Una Spe Vocatio:
nis Nostræ, animas Nostras castificantes obedientia charitatis, in fraternitatis
amore, ut crescamus in Salutem, et Superædificemur tanquam lapides Vivi,
in Unam Compagem, in Novam Civitatem cælestem, in Unam Vineam electam
non Sepe Sed Valle et muro, ex dispersis Sanctuarij lapidibus coalescente
munitam, in Sapientiæ domum, tot columnis quot Suffultam Monasterijs,
ut si forte patiatur unum membrum Compatiantur omnia Membra in adju:
torio Fraterno Uniformi tanquam Civitate forti. Cumq omnes eandem Sancti
Instituti escam Spiritualem manducamus, cur non unus panis, unus Spiritus,
multi Simus omnes, qui de uno pane participamus, amplius non hospites et
advenæ Sed Cives Sanctorum et Domestici Dei futuri, Sub uno Domino
æqualem Servitutis militiam bajulantes, cur non juvet cum omnino delectet:
Esse pares et ob hoc concordes Vivere Cum Nos. Et decus et cantus et amor
Sociavit et ætas. Per exantlata tantum Sæcula Sub diversis inclyti Re:
gni hujus Climatibus numerata; Quare gratias agentes Sumus Deo Patri
qui dignos Nos fecit in partem Sortis Sanctorum in lumine, et Polono Be:
nedictinam Religionem despondit Uni Viro Virginem Castam exhibere Christo.
Asceticam hanc Spartam ornandam et ampliandam Susceperant antiqua
Sæcula, adlaborarunt Summorum Pontificum Diplomata, Sanctorum Patrum
Decreta, Concilia Œcumenica, Sed desudare tantum et optare potuerunt. Nunc
autem felicitatem istam et apprehendere et inchoare utinam quantocyus per:
ficere, potis est Rndmus Dnus Christinus Stanislaus de Mirce Mirecki
Divina Vocatione Abbas Monasterij Sanctæ Crucis Ordinis Sancti Benedicti
in Monte Calvo, nec non Monasterij Tynecensis Authoritate Apostolicâ Com:
missarius

Commissarius; Qui Zelo Divini cultus, Religionis amore, ac desid
erando Congregationis in Polonia et Magno Ducatu Lithaniæ pro Ere
one ejus Congregationis ad normam aliarum in exteris Nationibus ben
ordinatarum et suis ornatarum Titulis insistit, nec non Magno conatu et V
tis omnibus est Solicitus, Nos Q ad eam declarationem Ferventissimis et
rationabilibus motivis pertraht, cupiens quod in nari magna et Spatiosi
manibus Ordinis Nostri, Stridens Aquilone procella dissipavit, Vel Pan
dispersit timor, hoc totum Clandus charitatis Zephirus in unam Cla
sem congregaret, ad feliciorem Religionis et Observantiæ Benedictinæ
Naumachiam. In stadio Asceticæ omnia quidem cum Dei auxilio cur
runt Monasteria, sed interprete Divo Anselmo unitas accipit brattium
per quod nos nitimur ut comprehendamus. Solumus ab Aestore unitatis Vi
tute portum æternitatis et Salutis quâ feliciùs qua commodius habitari,
Declaramus itaq per Præsentes Sponte et omni melion modo tam in gener
in Actu Capitulari, quam in singulari; tam conjunctim Typecis quàm divisim
in locis Particularibus cum Monasterijs hujus inclyti Regni et Magni Du
catus Lithuaniæ nos in Congregationem velle venire, in eaq perpetuo cum con
servatione tamen Juniùm et Privilegiorum ac laudabilium Consuetudinum Re
gulæ Sanctæ non præjudicantium Statutorum permanere. In quem finem
Sanctissimum Dnum Nrum Dnum Clementem ejus Nominis XI. Pont:
ficem Maximum, nec non Illustrium et Rndssimum Dnum Nuntium Apo:
stolicum atq Eminentissimos Principes et Dnos S. R. E. Presbyteros
Cardinales Negotijs Regularium Præpositos, instantissimè ac humillimè
precamur, quatenus tam bonum opus et mentium Regularium nec cum
ad Dei gloriam Benedictinæ Familiæ Splendorem et incrementum quàm
citissimè absolvere dignentur. Et sicut jam Rndssimus Dnus Abbas San:
cte Crucis in promovendo hoc Negotio Unionis Sacræ operam Suam omni Stu:
dore Laudabiliter impendit, vultq omnia Nostra Monasteria dispartita in U
num venire, unius Capitis membra esse, ita eidem omnes et Singuli
rogamus, et boni publici amore obtestamur, ut de hoc consensu Monaste:
rij Nostri in Regno Principalis ad exemplum aliorum Monasteriorum
quem primi damus ad Instantiam Nostram certiores facere velit. Alios

Fratres

Fratres Nostros in dispersione constitutos, quos oportet adduci in Unum Ovile, dando alicui vel quibus videbitur facultatem instandi et agendi Nomine Nostro et Monasterij Nostri Tynecensis in futura Deo dante prima Convocatione ubicunque illam instituere placuerit, desideria Sua per Ablegatos sive Discretos proposituri. Quam Dominici Servitij Scholam nil asperum nihilque grave habituram speramus, sed omnia Catholicae Religioni ac rei Benedictinae profutura et arbitramur et praestolamur. In quorum fidem praesen manibus Nostris subscribimus. In Monasterio Tynecensi Die et Anno ut supra. Locus Sigilli Conventualis. Pater Theodorus Zielonacki Ordinis Sancti Benedicti Prior et Custos Tynecensis manu propria. Frater Carolomanus Myslinski Abbas Trocensis Praecesis Vilnensis in Magno Ducatu Lithvaniae. Pater Rupertus Mirkowski Praeptus Skawinensis, Parochus Tynecens. Pater Gaudentius Zimnicki Professus Tynecensis Abbas Electus Orloviensis. Pr Bogumilus Mycielski Vice Prior Tynecens. Pater Ildephonsus Trzemeski Benedict Tynecens. Pater Adalbertus Brzezewicz Professus Tynecens et Decanus. Pater Andreas Ruszkowski Praeptus Infirmorum. Pater Stephanus Bylina Benedict Tynecens. Pater Martinus Barthan Mons Tynecens. Pater Fulgentius Krygowski O.S.B. Provisor. Pater Faustus Mastalski O.S.B. Professus Tyn. Pater Damascenus Jaronski O.S.B. Mons Tyn. Pater Albericus Machulik O.S.B. Notarius. Pater Franciscus Zaleski O.S.B. Professus Tynec. Pater Lambertus Klonn O.S.B. Proff. Tyn. Pater Alanus Gniatkiewicz O.S.B. Proff. Tyn. Pater Cantius Kozlowski O.S.B. Professus Tynecens. Mgr Novitiorum Theologiae Lector. Pater Aimilianus Kawalewicz O.S.B. Proff. Tyn. Pater Anselmus Gaszynski O.S.B. P.T. Pater Carolus Kleczynski O.S.B. Sacristianus Tynecens. Pater Petrus Niewiarowski O.S.B. Professus Tyn. Pr. Antonius Jachcinski O.S.B. Prof. Tyn. Pater Stanislaus Wolsztynski O.S.B. Mons Tyn. Pater Josephus Paczynski O.S.B. Notarius. Fr Ludovicus Klockowicz O.S.B. Prof. Tyn. Diaconus. Fr Basilius Lizenski O.S.B. Professus Tyn. Diaconus. Fr Caelestinus Sieradzki O.S.B. Professus Tynecens. Subdiaconus. Fr Innocentius Okoniowski O.S.B. Professus Tynecens. Subdiaconus. Fr Benignus Buchowski O.S.B. Professus Tynecens. Subdiaconus. Fr Paulus Wysocki O.S.B. Professus Tynecens. Clericus. Fr Mathias Siewierski O.S.B. P. Tyn. Fr Eustachius Czernski O.S.B. Professus Tynec. Clericus. Fr Bernardus Glinski O.S.B. Professus Tyn. Fr Leonardus Ziemkiewicz O.S.B. P. Tyn. Fr Cyprianus Cechkiewicz O.S.B. P.T. Fr Daniel Wyszowski O.S.B. Prof. Tynecens. Fr. Laurentius Latalski O.S.B. Professus Tynecens. Fr Paschalis O.S.B. Profes. Tynecens. Fr. Modestus Kistelski O.S.B. Professus Tynec.

Ad.

Ad Majorem itaq; gloriam Dei, et Speciale animarum solatium, ac Sacri-
dinis Nostri propagationem applicando hunc Saluberrimum actum praeinser-
tas memoratae Congregationis Seu Unionis Sanctae Instantiales Lras Illmus
et Rndsmus Dnus Saepius Nominatus Commissarius Visitator ad se recepit.
Nihilominus Saepedictas Calculationes Officialium Monasterij hujus perficiendas
et quantocyus expediendas injunxit. Deinde ratione Contractuum Seu Tenuta-
riorum Bonorum Monasterij amplius ad Tenutas non concedendorum longo
tractatu dissuadebat, imo Inhibitionem in hoc Termino Sacrae Nuntiaturae in-
terpositam reassumendo, ne Saeculares Patrimonia Christi et Ecclesiastica Bo-
na distrahant, post expiratos Contractus Tenutariorum ad praesens existens nul-
latenus in futurum Bona Monasterij Seu Verius Ecclesiae in Arendas mit-
tere licebit, inhibuit et praecepit, atq; de Consensu Vrblis Capituli totius Serio
injunxit. Demum ex Scrutinijs praemissis in Ordine ad Ordinationem Mo-
nasterij condescendendum necessario declaravit, atq; pro solidiori Constitutione re-
rum Seorsivum Consessum in Conclavi cum Rndsmis et Adm Rndis Patribus
Superioribus et Senioribus Monasterij ijs nimirum quos ad excipiendas Cal-
culationes Officialium assignaverat assumpto etiam Rndsmo Abbate Orlo-
viensi recenter Comparente recursum faciendum decrevit, Videlicet Nomine
Monasterij Sanctae Crucis Calvomontani Suam Personam, Nomine vero isti-
us Monasterij Tynecensis Adm Rndum Patrem Priorem cum duobus Secre-
tarijs Suis ad connotandos Actus destinatos exponendo Ubi singulari gra-
tia Divina invocanda, mutuiq; affectus Fraterni eorundem Monasteriorum in-
ter se expressione perpetuo accomodanda, omnia prospere Succedenda arbi-
tratus est. Deniq; per gradus ab Obedientia Sancta incipiendo ad Ordi-
nationem praeconceptam necessariam esse ante omnia Resignationem religi-
osam uniuscujusq; Religiosi ad manus Suas in Scripto porrigendam. Ut
proprietas nociva tolli possit intra triduum sibi producendam et personali-
ter tradendam Sub censuris et poenis contra proprietarios Sancitae Autho-
ritate Commissoriali decrevit, et Sententiavit. Perindeq; ad Seorsivum Con-
sessum Supratactum in Conclavi iteratis Vicibus commendatum reassumendo
Statuta, Constitutiones praesertim Sacrae Regulae circumscriptiones conde-

scendit.

condescendit, adhibitis prænominatis Assessoribus. Ex quo Consessu quæcunq consulta et laudata matureq pensata sunt, et quales Ordinationes atq Constitutiones provenerint modo infradescripto exponuntur, de Tenore tali.

In Nomine Domini Amen. Qui facit magna et mirabilia solus, et posuit terminum mari, legemq aquis ne transirent fines suos ac gyro vallavit abyssos. Ipse et nobis legem statuit in via quam elegimus, reddentesq Altissimo vota nostra, quæ distinxerunt labia nostra, sancitasq à Divinissimis Patribus leges arctius observantes, in sanctitate et justitia Deo servientes, intra Regularis Observantiæ terminos perseverare enitamur. Omnis enim pulchritudinis fons primoq Nostrum Regula Deus, ut nulla ex lex viveret Creatura, non solum ab æterno ordinavit, sed etiam in tempore sapientissime cuncta disponendo totum Orbem suis subegit legibus prout Ipse primus Novi Testamenti Dux et Magister omnium Nostrum Christus natus ex muliere factus sub lege non venit solvere legem sed adimplere, ac plures auxit, edocuit, ordinavit et inspiravit Leges, præcipue vero excitavit in Ecclesia Spiritum cui Beatissimus Pater Benedictus Abbas servivit, quem et constituit Legislatorem Nobis, quatenus eo Duce sic transeamus per Bona temporalia, ut non amittamus æterna. Amplectamur itaq totis viribus totisq præcordiorum affectibus legem hanc, jugumq Domini quod primus portavit Patriarcha noster Divinissimus Benedictus. Quicunq enim custodit legem Filius sapiens est. Sequamur Legislatoris Nostri vestigia quasi præclarum exemplar quod Nobis in Monte monstratum est, incipientes ferventiori desiderio ad Observantiæ Regularis Culmen Divina favente gratiâ contendere, in Ordinem Sacrum inducentes pristinum Nitorem, ac post tot Commendationes Summorum Pontificum et Conciliorum laudes, iterum sit Ordo Benedictinus quasi stella matutina in medio nebulæ, lunaq perfecta ecclipsim non patiens, atq aurora in Crepusculo caligantis sæculi coruscans et in diem lucidam sese diffundens. Cum vero per varias actiones vitæ hujus solicitudo distenditur, necessum sit de mundano pulvere excutere manus et pedes, ac ut reducantur in hoc Cœnobio si quæ sunt reperibilia, prava indirecta et aspera in vias planas, et ut omnes incedentes sine querela æmulari contendant meliora virtutum Religiosarum et Observantiæ Regularis Charismata per brevissima Constitutionum

Constitutionum a Nobis in moderna Visitatione Commissoriali Sancitarum a Conventu Tynecensi observanda Executioni demandari Volumus eaq compendioso Punctorum tenore exprimenda et unicuique tam conjunctim quam divisim Sane intelligenda, tenenda et amplectenda praecipimus et mandamus. Visitatione interna et externa Monasterij Personarum Bonorum mobilium et immobilium ac Suppellectilis Domus Dei in primis enucleata et perpensa, ac post Ordinatione et Correctione una cum Vnbli Capitulo Tynecensium Professorum omnium et singulorum Ordine et cooperatione Sua interveniente mediantibus in hunc qui Sequitur modum. Et quidem.

1mo. Ecclesiam Conventualem Tynecensem Sub Titulo Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum nec non Patrocinio Beatissimae Virginis Mariae in Caelum Assumptae, ac Sanctissimi Patriarchae Nostri Benedicti (quorum Icones in Majori Altari pro qualibet respective Festivitate exponi Solent) invenimus. Fundatore Divae Memoriae Serenissimo Casimiro Primo Rege Poloniarum ex Caenobio Cluniacensi Ordis Sanctissimi Patris Nostri Benedicti, Consentiente et benedicente Sancta Sede Apostolica ad Sceptra Regni Vocato et assumpto, qui memor Suae Religionis ex Cluniaco duodecem Monachos cum Divo Aarone Abbate, consequenterq Archi Episcopo Cracoviensi in Arcem Tynecensem introduxit Monasteriumq praesens cum pijssima Regina Juditha erexit et dotavit. Anno Videlicet Millesimo Quadragesimo Quarto Introductionis et post Subsequentibus annis Dotationis. Quarum documenta Authentica licet ob hostilitatem modernam asservata sint, ex Transsumptis tamen in Typo existentibus luculenter patet, eam ab intra decentissime ornatam et dispositam, ab extra vero praesertim in tectis et muris corrosam, et celeri reparatione praecipue in tectis indigentem advertimus, Quae tecta Sarta quantocyus de Proventibus Quartae Partis reparanda inhaerendo Bullae Summi Pontificis Innocentij XI. pro sola restauratione Ecclesiae converti debent et non pro alijs necessitatibus Monasterij Adm Rndo Patri Priori Serio injunximus, et omni obligatione ad ejusmodi reparationem et conservationem obstringimus praesentibus.

2do. Ad Revisionem Ciborij pro Ecclesia decentis in medio ante Majus Altare lampadem die ac nocte indesinenter lucentem Vidimus, renovationemq

Ssmi.

SSmi Sacramenti intra Spatium duarum Septimanarum fieri per Connotationem in tabula appensa memoriam revocante, atq Oleum Sacrum pro infirmis Fratribus in Sacrario extare. Tum Altaria compte et convenienter adaptata Numero Undecem, inter quae Novem consecrata et duo Portatilia existere Reliquijs praesertim Majus Altare Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum atq Sanctorum Cyriaci Aurelij Bonifacij et Faustini inclusis exornatum, Alterum ad Cornu Epistolae Collaterale in honorem Sanctae Mariae Magdalenae, consequenter Tertium in Capella Bsmae Virginis Mariae Majoris Quartum SSmae Trinitatis et Omnium Sanctorum. Quintum Sanctissimi Patris Benedicti. Sextum S. Scholasticae. Septimum rursus collaterale ad Cornu Evangelij S. Petri Apostoli. Octavum Sanctae Crucis Nonum S. Annae. Decimum Beatissimae Immaculate Conceptae Undecimum Beatissimae Virginis Mariae Loretanae in Capella Capitulari extra Ecclesiam patuit Nobis, Erecta, diversorum Sanctorum Reliquijs reconditis, haec omnia et singula Altaria praestare in Domo Dei consideravimus, eaq integritati suae in aliquot fragmentis restituenda censuimus Reliquijs Sanctorum ut supradictum est accomodata expresse nobis innotuit, circa quarum Reliquiarum praesertim in hanc Ecclesiam solenniter introductarum expositionem, ut semper Candelae vel saltem lampades accensae luceant merito judicamus. Caeterum in omnibus ex apparentia omnes ornatus et adoptiones apparamentorum laudabiliter dispositas approbamus, absq ulla speciali

3tio. Supradescriptorum Altarium Missarum obligatione. Sacrarium alias Sacristia. Quamvis universos apparatus et ornamenta ac Argenteriam Ecclesiasticam cum omni Suppellectili in debita et formali dispositione et asservatione existentia revidendo investigaverimus, non omnia tamen praesto habere propter modernum Calamitatis Publicae statum praesentata vidimus, sed Regestro antiquo Nobis producto deductum est, quia in integro omnia juxta Inventarium antecedentium Commissionum conscriptum inveniuntur asservata, quaecunque nihilominus ad praesens adsunt, laudabili dispositione adoptantur, cum auctione nonnullorum apparatuum revisorum, et ad hocce Regestrum antiquum adscriptorum, quae in universum juxta exigentiam temporum Festorum et Personarum accomodari mandamus, interdicendo communem pro semper usum, ne pretiosiora importune.

importune deteriorentur Discretioni Rndi Patris Sacristiani, qui semper solicitam de conservatione totius Suppellectilis impendet Curam, ex Sorte Villae Sidzina ad Sacristiam Spectante et Decima ex Villa Zorzow itidem pertinente Proventus respiciens, exemplo Veterum pro curaturus necessaria, ac in defectu ad Capitulum pro Supplemento habiturus recursum.

4to. Obligationes Missarum licet quidem suo Ordine sint dispositae tamen melius Ordinandas modo infrascrito esse Volumus. Primam Missam Conventualem ad Intentionem Universalis Ecclesiae et Ordinis, intra Horas Canonicas post Tertiam vel Sextam aut etiam Nonam juxta praescriptum Rubri et diversitatem Temporum quotidie Choraliter cantandam. Diebus verò Festivis vel Choraliter vel Figuraliter praecipimus. Ferialem et de Vigilia et in Quadragesima nunquam intermittendo. Altera Missa Matura Diebus Dominicis et Festivis Choraliter vel Figuraliter alijs autem diebus juxta Consvetudinem Loci et dispositionem Superioris accomodetur. Tertiam Missam Manariam pro Benefactoribus et Fratribus defunctis celebrare sine praepeditione Meditationis, ideoq jam amplius non ad majus altare sed extra Chorum immediate post Meditationem Celebrandam. Meditatio autem ut sine minima distractione fiat, conversa omnium facie ad majus altare injungimus. Item obligatur Ecclesia praesens ad tres Missas in qualibet Septimana pro Anima Nicolai Piotrowski intuitu Census Annui ex Villa Polanka et Starawies atq Calicis cum patena aurei Monasterio donati, sub Censuris Ecclesiasticis per omissionem incurrendis. Tum quoq una Missa pro anima Martini Sacerdotis Curati Tynecensis à Summa Mille florenorum pro usu Monasterij et Culinae conversa in qualibet Hebdomada assignatur omnino celebranda. Postulatur etiam Missa quolibet Quartuali pro defunctis Benefactoribus, Patribus et Fratribus Conventualibus una cum Officio Defunctorum decantanda non obstante Festo Duodecim Lectionum quam necessario pro semper constituimus, et ad observandum obligamus.

Deinde

Deinde qualibet Feria Secunda non impedita Festo Duodecim Lectionum Missam pro Defunctis ad intentionem Superioris celebrari Solitam laudamus et approbamus, Nec non qualibet die Prima cujusq Mensis juxta Rubrum dispositum una cum Officio Defunctorum celebrandam et absolvendam injungimus. Anniversarium pro Patribus et Fratribus hujus Monasterij Professis demortuis, licet à quovis Presbytero tres Missæ absolvantur à Fratribus Verò tribus Vicibus Officium Defunctorum recitetur. Nec non Tricesimam à Die Depositionis incipiendo et successivè sine interruptione continuandam, ejusq Tricesimæ primam et ~~ultimam~~ ultimam Missam Choraliter cantatam reperiamus, tamen idem Anniversarium et Tricesimam ferventiori devotioni non sine consvetis pauperibus Eleemosynis ex defuncti Portionibus supplendis, commendata esse et immutabiliter observanda Volumus. Discedentes à Conventu necessariò Patres in Obligationibus Hebdomadarijs protunc existentes, ne aliquis defectus Obligationis interveniat, præcavemus ut in Locum suum Substitutos in Conventu degentes Subrogent, et conscientias suas per omissionem Sacrificiorum non onerent, sed si non per se saltim per alios Officijs suis Satisfaciant. Eo Specialiter præcustodito, quatenus quisq Presbyterorum non juxta beneplacitum suum de tempore in Celebranda Missa procedat, sed Secundum Dispositionem Superioris horis assignatis et in tabella affixa descriptis juxta exigentiam Loci temporis et diei ad Arbitrium Superioris pensandam, quibus omnibus Rndus Pater Sacristanus attendere, invigilare et disponere curabit. Philadelphia quoq in Ordine ad Suffragia animarum pertinens in hoc Monasterio cum alijs Monasterijs suscepta describitur. 1ma Cum Eremo RR. Patrum Camaldulensium Solius Montis Argentei 2da Cum Rndis Patribus Monasterij Lubinensis. 3tia Noviter Cum Monasterio Sanctæ Crucis Calvomontano. Quare obligatur quodlibet tale Monasterium Philadelphicum ad Velocem denuntiationem de Obitu Fratris, ut quantocyus quisque Presbyter tribus Missis et Fratres tribus Vicibus Officio Defunctorum studeant juvare animas, in primis Cantato Choraliter totali Officio Defunctorum et Sacrificio Missæ de Requiem

ac Sacra Communione per Fratres Suscipiendæ atq; Disciplina respective pro hujus Loci Professis non obstante tum temporis Festo Duodecim Lectionum acceptâ Notitia de Obitu succurrant, similem post fata sua Sperantes reciprocationem. Ad omnes itaq; Supradescras Obligationes et Sacrificia Missarum pernecessarium esse imprimere Cathalogum, et Connotationem præinsertam in tabula affixa toties quoties opus fuerit memoriam revocante quæ omnia R. Patri Sacristano ad exequendum committimus.

5to. De Choro ejusq; Officio Canonico, Optimam dispositionem et laudabilem Consvetudinem in Choro, absolvendisq; et decantandis Officijs in Festis Primæ et Secundæ Classis tam Matutinum Hora Duodecima Horologij, quàm alias omnes Horas; iam verò in Festis ad populum et Dominicis Matutinum quò ad Invitatorium, Hymnum, Lectiones, Te Deum Laudamus, Evangelium, et quò ad integras Laudes cum Diurnis Horis cantari semper, Alijs verò Duplicibus et Semiduplicibus Festis et Ferijs horâ in medio Horologio primâ, totum Matutinum legi, Horas verò Diurnas decantari deductum esse agnovimus et laudamus, nec non Officium Parvum Bsmæ Virginis Mariæ præscriptis juxta Rubrum temporibus correspondendo Horis Canonicis absolvi solitum approbamus Una cum Officio Defunctorum, Psalmis Gradualibus, Pænitentialibus in Ferijs occurrentibus prout Omnes Conventuales in Choro existentes, in alijs Festis soli Fratres in præsentia Rndi Patris Magistri post Matutinum Canonicum et Laudes in Loco Capitulari, de æstate. De hyeme autem in Refectorio, et alias Horas Cursus Bsmæ privatim ac Patres absolvere consveverunt. Item Disciplinam per seipsos semel in Septimana, de æstate in Choro, ab Octava Festi Ssmi Corporis Christi Domini qualibet Feria Sextâ in Ecclesia; De hyeme verò in Refectorio post Meditationem, nec non in Quadragesima Ferijs Quarta et Sexta similem Disciplinam in loco communi facere. Cui omnes et singuli adesse tenentur sub pœnis arbitrio Superioris absentibus injungendis et irremissibiliter extendendis, quæ Disciplina impedietè solenni festo pro tunc incidente, alio die fieri debet in qualibet Septimana non prætermittenda, cum facile in Privigilio præveniri possit. Sonum Campanulæ excitantis.

excitantis in Dormitorio primò hora Sexta Horologij pro Prima Canonica, secundò vero in Ecclesia pulsari semper media Septima assignamus. Antequam Primam Canonicam praecedere solet Meditatio à Festo Paschatis usq ad Festum Omnium Sanctorum in Novembre incidens exclusivè in Choro. Hyemali autem tempore post Matutinum et Laudes in Refectorio, durareq per Unum Quadrantem horae de mane, et de Vespere similiter per Quadrantem in Examine Conscientiae perseverandum censemus, solùm in Parasceve ad integram Horam Horologij ex antiquo Servatam injungimus etiam cum Ordinaria Disciplina. Tandem post Primam Canonicam quotidie solitum est procedere ad Locum Capitularem recitantibus Universis Patribus et Fratribus Psalmum de profundis cum Oratione pro Defunctis, ubi juxta laudabilem Ordinis Nri Consvetudinem in Disquisitionibus Monasticis et Commentarijs Regulae Sanctae expressam, Ordinamus ut per Ordinem Caput Sacrae Regulae legatur cum explicatione, culpaeq ab omnibus sibi conscijs omnino dici debent coram Rndo Patre Superiore. Sed quoniam pro diversitate temporum Horae Canonicae utpote Tertia Primae, et Sexta Tertiae, ac Nona Sextae junguntur et disjunguntur, ideo distinctionem temporum etiam enarrandam censuimus. A Festo Sacri Paschatis ad Festum Inventionis Sanctae Crucis separatim cantatur Tertia à Prima, à Festo vero Inventionis ad Festum Exaltationis ejusdem Sanctae Crucis Ferijs Quarta et Sexta nec non Sabbatis atq Pervigilijs cum Jejunio, et ipsis diebus Jejunij conjungitur Prima cum Tertia. Et à Festo Exaltationis Sanctae Crucis usq ad Pascha semper succedenter tunc conjungitur Sexta Nonae, quando conjungitur Tertia Primae et è converso disjunguntur ut supra; pro quibus Horis Ordinariè pulsandum mediâ horâ ante Decimam, Diebus vero Jejunij ipsa Decima propter Commoditatem Studij et Choraliter cantandam Missam Conventualem Ordinamus. Similiter pro Vesperis majori et minori Campana pulsandum in Ecclesia horâ media ad quartam pomeridianâ excepto tempore Quadragesimali, idq Horologio bene ordinato et disposito, semper horas proportionaliter et tempora dierum et Noctium denuntiante, cui singularis attendentia debetur et solida dispositio per Rndum Poem

Sacristanum

Sacristanum seu aliquem Fratrem idoneum à Rndo Patre Superiore destinandum Mandamus. Ipsæ vero Vesperæ ordinariè Choraliter quotidie decantandæ, nisi in Majoribus Solennitatibus figuraliter absolvi solent, adstantibus tamen semper in Oratorio Patribus et Fratribus, Antiphonas Breve et Hymnum intercantantibus. Completorium etiam jungitur Vesperis à Festo Sanctorum Omnium usq ad Sabbathum exclusivè præcedens Dominicam Quadragesimæ, reliquo verò tempore separatim cantatur semper, quod etiam ita cantandum et vel maximè quoad totum Officium Divinum Horas scilicet Canonicas cum Observatione Pausarum tam legendo quam cantando semper, nec non inclinationibus profundis, et mediocribus, ubi et quando fieri debent, nimirum in Mysterijs Incarnationis Dni, ac Sanctissimæ Trinitatis ad Verba Gloria Patri usq ad Tertiam Personam æqualiter terminandis demissis ex Scamno manibus, ut profundæ est Descriptio inclinationis, compositis ad terram obtutibus, manuumq subscapulari in omni gressu minimè fracta custoditione, præsertim in Oratorio ad quod majorem diligentiam et frequentiam tempestivam commendamus et ordinamus. Dum autem Completorium Vesperis adjungitur, tunc relinquuntur Litaniæ Loretanæ ad horam Septimam recitandæ, ac instantaneè subsequente Examine Conscientiæ cum Meditatione quolibet die post Litanias absolvendo, quibus Litanijs Meditationi seu Examini Conscientiæ Vespertinis omnes de congruo adsint eaq diligenter compleant usq ad finis signum post Examinis Quadrantem dandum (habitâ tamen discretione super infirmos, Senio fractos, emeritos, et legitimo Negotio Ecclesiæ vel Monasterij impeditos.) Deniq diebus Sabbativis in Sacello Bmæ Virginis Mariæ Majoris Litaniæ decantari solitæ, atq Festis Bmæ ejusdem Virginis Mariæ immediate post Completorium cum aliqua pro tempore Cantilena et præfata Meditatione subsequente approbantur, et pro diversitate temporum silentij horâ per pulsum intimanda, quod etiam de Prosa Ssmi Patris Benedicti in Die illius occurrente ante proprium Altare cum Solennitatibus cantari solitâ intelligendum, et sine ullo mussitatu vel strepitu pedum ad Cellam suam unicuiq recursum præclusis omnibus excursionibus

excursionibus et aliarum Cellarum Visitation mandamus. Congruum quoq; existimantes quod Fratres Conversi seu Laici non possint recitare Officium Canonicum, et tamen omnibus Officijs Divinis tenentur adesse in Oratorio, licet quidem supponimus ipsos semper orare, majoris tamen certitudinis gratia assignamus illis juxta Regulam Sanctam pro Matutino et Laudibus triginta vicibus Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica Beatissimæ addendo Credo semel, necnon pro alijs Horis scilicet Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperis et Completorio, idq; pro Una Hora Canonica Septem Pater Noster, totidemq; Ave Maria et Unum Credo, atq; pro Officio Defunctorum Coronam S. Scapularis Bsmæ, quolibet die sine intermissione et excusatione ad absolvendum, Devotioni uniuscujusque plura committentes, Libellos precatorios commendando. Fratres Servitores Mensæ per Hebdomadam Diebus Dominicis post Matutinum, et Laudes, sicuti et Lector ad primam Mensam immediate post Sextam vel Nonam pro diversitate temporum in medio Oratorij accepta benedictione à Superiore, Officia sua fideliter adimpleturi per turnum assignantur A quibus Officijs nemo Novitiorum liber esse potest, et consequenter Fratres eadem usq; ad Præsbyteratum obire solent, etiamsi aliquem Præsbyterum Sæcularem admissionem sui ad regularem Professionem petentem suscipere contigerit, tamen ad quinquennium non erit capax Activæ Vocis in Capitulo, nisi fungeretur aliquo Officio sibi imposito per quod dispensari cum ipso liceret; in Capitulis tamen pro suscipiendis Fratribus celebrari solitis in quibus etiam Fratres Conversi testimonia Conversationis et morum explicare debent cujuslibet Novitij, liberam concedimus Vocem, quod de omnibus in futurum Venturis intelligendum. Lectio ad mensam primam quemadmodum observata invenitur, ita ad secundam mensam observandum jubemus, nec interrumpendum tempore Lectionis ad Mensam silentium, nisi fuerit legitima Causa, unde Mandamus omnino observandum, ne Hospites Sæculares ad Refectorium introducantur ad Mensam, sed ad locum pro Hospitibus assignandum juxta videlicet proportionem et merita Personarum. Exhortationes seu Sermones perorantes

perorantes in Refectorio ad ædificationem et explicationem Sacræ Scri:
pturæ fieri per Juniores Fratres Solennioribus Festivitatibus ad mensam
Solitas approbamus, non autem ad Ambonam in Ecclesia admittendos cen:
semus, Verum Præsbyteros Scientificos, qui ad captum populi sufficienter
possunt prædicare Verbum Dei pro qualitate Festorum à Superiore desti:
6to. nandos, qui capaces reperiri poterint demandamus. Silen:
tium statim post Completorium seu pro diversitate temporum post Lita:
nias et Meditationes Vel potius Examen Conscientiæ usq ad Primam Ca:
nonicam ejusq benedictionem strictissime observandum juxta præscri:
ptum Regulæ Sanctæ pernecessarium instituimus et reassumendum serio
adhortamur, et ne Sæculares famuli, pueri, musicantes, per Dormitori:
um cursitent, Patresq tempore silentij interturbent, quinimo ex illa ha:
bitatione ante Prioratum removeantur, alibiq extra Dormitorium locentur
præcustodimus, Neque etiam Religiosi tempore silentij extra Cellas exi:
re, unus alterum impedire præsumant, multo magis Sæculares introdu:
cere, quod Vel maxime Superioribus observandum injungimus. etiam
de die in Oratorio Sacrario et Refectorio semper observandum idem
7mo. silentium Volumus. Clausura Monasterij reperta est in tri:
bus locis, quæ conservari debet ex necessitate, Nihilominus hoc præ:
cavemus, ut muri circa hortum Superius per R.Prem Præfectum Fa:
bricæ eleventur, cautiusq accomodentur. Porta quoq Monasterij Sta:
tutis horis aperienda et claudenda atq Claves per Portulanum apud
Superiorem quemadmodum et per alios Officiales Monasterij sicuti
Cellarijs Vini et Cerevisiæ Præfecto Culinæ sive apud alium Patrem Seni:
orem à Superiore assignandum reponantur quotidie circa horam No:
nam post silentium, recipiendæ Vero de mane post primum pro Primâ
pulsum nisi aliter urgens necessitas suaserit. Clausura Dormitorij
8vo. etiam procuretur et occludatur Ordinamus. Archivum
Monasterij in quo Jura et Privilegia asservari debent quorum Rege:
stratio raptualiter nobis præsentata, ut in meliori Ordine constitua:
tur.

constituatur, Securioq deposito tradatur Vademus, et quasi Clenodia pre:
tiosa asservanda Sentimus, Super fidelem tamen manutentionem, et Nemi:
ni sine Consensu Vrblis Capituli etiam per Transsumptum Seu Copias ali:
cujus Scripti extraditionem, Juramentum à Procuratore Causarum istius
9no. Monasterij præstandum consultum Nobis Videtur. Acta
Capitularia reproducta, non debito tamen ordine disposita penetravimus
præsertim ob frequentem Notariorum Capitularium permutationem, qua:
propter injungimus omnem animadvertentiam Secretario Seu Notario
Capitulari opportunam, quoniam Antecedentium Commissionum hujus
Monasterij haud aliquam in Actis invenire Valuimus ingrossationem, qua:
tenus modernæ Visitationis Actus in instanti inscribantur, una cum
Constitutionibus Nostris, quarum Contenta et Tenorem memorandum fore
ab omnibus Volentes, ut Semper Prima die cujusq Mensis ad Mensam in
Refectorio legantur præcipimus et demandamus immutabiliter, quod
intelligendum de primo Anno in posterum quolibet Quartuali. Decre:
ta Capituli per Processum Regularem formata ut robur habeant, cum
Personis judicatis sine eodem Capitulo Vel Consilio non relaxentur.
10. Depositorium Monasterij prorsus Vacuum Stante hoc Calamitosissimo
tempore extare, quinimo quotidianis expensis pro Militibus sine intermis:
sione incurrentibus, et circumcirca Subditos Monasterij opprimentibus
indigere allegatum est, de quibus Calculationes et Regestrationes infor:
mare debent, alias de Officialibus fusiori circumscriptione Deposito:
rij Seu Peculij Communitatis et Depositariorum assignandorum patebit
11. modus. Bibliothecam Monasterij Varijs Authoribus refer:
tam, non ordinatè tamen dispositam ad suum locum et usum advertimus
quapropter ut in Suas Classes et facultates Volumina et opera dispo:
nantur per Unum idoneum ex Religiosis Bibliothecæ præficiendum or:
dinamus non immemores Bullarum Pontificiarum Supra extradentes
Vel concedentes libros hujusmodi, imo extraditos suo loco apponendos
injungentes, præfata Anathemata ad executionem deducendum decla:
ramus utq juxta Regulam Sacram primis diebus Quadragesimæ

libri:

Libri accipiantur, perlecti ex Regesto ad manus Bibliothecarij consignentur
at q Cathalogus acceptorum et redditorum in promptu habeatur. Cui injungimus
Quia Vello fundatio Wiszogrodiana et Golecziana qua pro Studiosis qua conse
ter quo liones ordinata evanuit, renovationi et recentiorum Authorum coempti
multiplicatorum Tomorum crebro repetitorum consulendum esse duximus, non
misso eo, quod locus capiendis Librorum incapax ab Abbate commendatario debeat postulari.

12. Bona Monasterij ad Mensam Conventualem vulgo Provisoralia sunt haec. Ro
szyce, Lgotta, Innerdzea, Sezieszany, Samborek, Sowdowie, Gorany, ad Pa
stionem Anni Satis Provisoris spectantia, Item pro Utensilibus Monasterij Bona
pidi Brzostek cum attinentijs ac Villarum Opat dworze sub Wielizka, Witkow
Wegrzynowie, Scultetia in Kamienica Wolye, Chrostowka, Sanuszowice, in
Dispositione Superioris per Officiales calculationibus subjecta tempore ordina
to sub contractibus. Item Villa Radziejow et Wola Pepidana, Stawina
rec non Lgotta, Szulow et Zukowek, pro quarta parte per Bullam Provisio
lem Summi Pontificis Innocentij XI^mi. adjudicata reditum ex contractibus
emundata reperiuntur. Atq Villa Lorzow et Bukow pro Apotheca Monaste
rij disperata extant, pro temporis calamitate obdurata, et denique Sidzina
cum Decima Manipulati de Lorzow ad Sanctam Conventualis Ecclesiae perti
nens receptioni minus difficilis. Quae omnia Bona exceptis ad Mensam
13. Conventualem spectantibus licet numerosa esse videntur, in Proventibus
tamen calamitate Publica et continua Exercituum vexatione magna ex
parte desolata exigua his temporibus censentur, quandoquidem intolerabiles
sine intermissione contributiones etiam praesentibus Nobis tam a Conventu quam
a Subditis extorquentur, ideoq notabilibus Summis modo debita a Tenutarij
jis interceptis onerata esse probatum est. Qua propter obviando ulterioribus
inoverationibus Bonorum Ecclesiasticorum, resumendo Decreta Sacra Visi
tatum, Aplica de non Abrendandis Bonis Monasterij lata, Selio inhi
bemus ne in posterum ullis contractibus Tenutarionum Secularium onere
tur, quinimo post expirationem modernorum contractuum ad Possessi
onem solius redeat Monasterij, ab omnibusq emundentur oneribus

et q

et Summis Authoritate Nra Commissoriali qua hac in parte fungimur primo Veluis Apostolica præcipimus et mandamus. Cuiq; et Sobrietudini Monasterij hujus injungimus. Et
14. quoniam Stante moderna Calamitate publica, ferè omnes Proventus Bonorum Ecclesiasticorum exoticus consumit Miles, tum quia Officiales et Thesaurarij loci istius de hac Vitâ cessêre, haud aliquam Informationem ex Regestris Perceptarum et Expensarum ac proinde dispositionem percipere valeamus, ideo meliorem Ordinationem in futurum observandam Statuimus reassumentes Constitutionem Eminentissimi Illustrissimi ac Reverendissimi Dñi S.R.E. Cardinalis Pigratelli pro tunc Nuntij Apostolici expressam, cujus Tenor de Verbo ad Verbum Segvitur talis. Punctum 14. Administratores utpote Provisor Monasterij, Præpositus Infirmorum, Sacrista, Thesaurarij, Dispensator Vini, qvater in qvovis Anno, videlicet singulis Quatuor temporibus Calculationem sive rationes Administrationis suæ ~~coram Priore~~ coram Priore et Consilarijs reddent sub pœnâ privationis Officij et Carceris tamdiu qvousque Calculationes reddirent gentes ex qvibus qvis dannificator et infidelis inventus fuerit degradetur ab Officio, et Arbitrarijs pœnis afficiatur, aliusq; in locum ejus Subrogetur. Et decernimus ut punctualiter ista
15. Constitutio qvilibet Qvartali observetur. Deinde respectu Summarum ex Qvarta Parte in antecessum ad Thesaurum Monasterij importatarum investigavimus, Supponentes easd. pro ultima Sitis Vel necessitate Monasterij asservasse, Verum ex relatione Nobis facta constat nullas Summas in Thesauro repertas, nonnisi modicis exceptis laborare, juxta producta Regesta et coram destinatis à Nobis ad exigendas rationes Calculatoribus liquidata, evidenter patet omnes Summas partim in Exolutionem Contributionum, tam Svetici qvàm Saxonici ex citatis, qvàm pro conservatione Bonorum, et Redemptione Subditorum, partim etiam pro sacrificatione Jemstaliorum et ex paratis et ex Proventibus erogasse et reliqvum in auro in certis Summis oppignorasse, ac nonnisi Octuagiata Aureos Hungaricales ad præsens extare, ideo exhausto Thesauro inventa strictiorem respectum futurorum gravantes Statuimus et mandamus, ut abhinc nullus Superior ad tantum illius Inspectione cum Consiliarijs, Sti Officiales et Thesaurarij qvos Vis Proventus Ecclesiæ et Monasterij distincte percipiare, scorsive regestare, sub suis stabilibus teneri et fideliter cum consensu Vestris capti diligenze et exactore Salvis ut supra:

Dictum est.

ut supradictum est quolibet Quartuali Calculationibus omnino faciendis tenebuntur.

16. Sed nondum sufficit expositas summas et erogatas penetrare, nihilominus debita contracta invenire; Utpote Gnoso Dno Skwarczynski Sacrae Nuntiaturae Cancellariae ex Summa in Deposito relicta cum Consensu ejus pro Svetica Contributione accomodata, restantis ad Solvendum cum Provisione Mille Quingentorum Tynphorum Tum Gnoso Dno Mikulinski Duorum Millium florenor Polon per Rndum Pre Stephanum Bylina Administratione Opatowecensi contractam, quam prout illo tempore ex Proventibus Opatovecensibus illam debuerat exsolvere, ita ad praesens ad Assecurationem suam ab eodem Dno Mikulinski recipere, aut debitum praetactum omnino solvere tenetur sine damno et praejudicio Monasterij. Nec non Successoribus Dni Winkler Summam Centum Septuaginta floren Polon, quae aliquo modo cum diminutione per Complanationem acquietari potest, siquidem ex Praetensionibus Tenutae Laterificij Conventualis emanaverat. Atque summas binas Nobili Dni Krolik Duorum Millium, et Gnoso Dno Jaskulski Mille Tynphorum in quibus oppignorati sunt Aurei Hungaricales quos Monasterium recuperare exolvenda summa Trium Millium debet. Insuper Dno Fryznekier Summam Sexcentorum florenorum, quam respective Assignatarijs Militaribus ad exolutionem Monasterium per Superiorem contraxit, etiam exolvere tenetur. Nec non summas Fundationum piarum Supranominatarum Niszczycianae, et Gollecianae, atque Divi Caroli Ferdinandi Filij Regis, quatenus intentioni Fundatorum restituantur, praesenti Lege cavemus, ex ea ratione quia in Usum Monasterij conversae sunt, et intentionibus Fundationum injuria videtur esse.

17. In quorum debitorum recompensam, quoniam reperiantur etiam Debita Notabilia Monasterium istud concernentia: Utpote apud Gnosum Dnum Kosinski Tenutarium protunc Tynecensem Summa Mille floren Polon Verbaliter modo debiti Conventui appromissa, circa Depositionem Corporis examinis Gnosi olim Antonij Fratris sui Germani ad Solvendum pro omnibus praeparamentis et necessarijs circa Exequias accomodatis assecurata manet. Item Summa Duorum Millium cum Provisionibus in Bonis Villae Burzyn inscripta; Atque apud Illmum et Rndsmum Dnum Abbatem Commendatarium Tynecensem Trium

Millium

Millium florenorum Polonorum assecuratione manuali inscripta. Tum quoque Summae unius Trium Millium florenorum Polonorum ab Adm. Rndo Dno Eustachio Tymieniecki in Bonis Villae Ostrzeszowki alterius itidem Trium Millium à Rndo Gumowski. Tertiae Sex Millium florenorum Polonorum Divi Caroli Ferdinandi Filij Regis, ex Summa Originali Decem Millium florenorum Polonorum in Palatio Varsaviensi inscripta promanatis, Nec non Decimarum in Grodziec et Mielec, atque Censuum in Polanka cum Decima ab aliquot annis retentorum, similiterque ex Lincze gorne et dolne similium Decimarum, ac de Opatkowice sub Scalbimizia consistentium, aliorumque omnium, tam Decimarum quam Censuum et Canonum in genere et specie Monasterio debitorum et retentorum indilatam Vindicationem et omni cura et solicitudine recuperationem ac Monasterio restitutionem effectuandae Rndo Patri Procuratori à Superiore constituendo et ordinando demandamus et injungimus sub poenis contra negligentes Officiales sancitis. Alias vero Lites Contestationes nunquam praesumat Superior Monasterij inconsultis Superioribus Particularibus inchoare, sed inchoatas continuare, praesertim occasione Contributionum Agrariarum ex Sorte Villae Promnik petitarum de Obligatione praesenti tenetur. Granitierum tuitio siquidem notabiliter in eodem Promnik antiquitate temporum et sub hostico nonnulla avulsa extant, tamen non est hujus temporis defensio. Quo vero attinet Domus Brantskiego dicta in Opatowiec, expostulandum est cum Rndmo Dno Generali R.R. Prum Societatis JESU in Petitorio, utrum haec quae et quanta circa Domum hanc acta sunt, debuerint intervenisse, cum Summa injuria Praedij et Ecclesiarum Parochialis Opatovecen. et Conventualis R.R. Patrum Praedicatorum. Unde etiam promanat memoria Causarum in Ordine ad Reemptionem a Parocho Opatovecensi et Praeposito Hospitalis ibidem siti non negligenda, tum Missalium seu Ospy in Rybna ad complanandum, diligentiori studio. Ad extremum Emundatio à Censibus annuis Sortis Promnik et Villae Opatkowice sub Wieliczka, et denique remedia Juridica ratione fundi Grotkowa avulsi procuranda, prosequendas et continuandas, insuper differentias fundi inter Lichwin, et Choynik cum Gnoso Stadnicki Jure defendendas fore censemus, Judemus et praecipimus.

18. Ante omnia Revisionem Bonorum omnium et Verificationem cum antiquioribus Inventarijs, ac Conscriptionem Inventariorum de Novo, in quali Statu ad praesens Bona Monasterij omnia consistunt, per Rndos Patres de medio Vnblis Capituli

eligendos

eligendos et constituendos demandamus quod instantaneè effectuandum Superiori Monasterij committimus in quo Termino etiam cum Rndsmo Dno Abbate Commendatario expostulandum de congruo existimamus, quatenus idem Illrsmus et Rndsmus Dnus Abbas, juxta antiquam Scultetorum Circumscriptionem Instrumentum Revisionis et Verificationis de Auctione Vel diminutione et Jure monstratodo ex Cancellaria sua extradere demandet.

19. Hospites maximè Catholicæ Religionis ac Religiosi et Peregrini charitativè Secundum Regulam Sanctam tractandi suscipiantur ad Cellas hospitum, quorum exceptor Unus ex Patribus deputabitur à Superiore, Nemo Vero alius ad hospites se interessare, Sub pœna disciplinæ infligendæ præsumat et præsertim de nocte cum quibus ultra horam Nonam si Sero supervenerint non protrahatur tempus, lotionem pedum juxta præscriptum Regulæ et discretionem Peregrinis et Spiritualibus præstandam pro qualitate proportione et indigentia Personarum, Hinc recommendatur Commoditas Prælatis ad Capitula sive in alijs occurrentijs ad Monasterium Venientibus propter famulos et equos juxta mensuram et proportionem providenda, et ne famuli ipsorum interturbent Dormitorium Conventuale. Fratres Juniores ipsis inserviant uti suis Patribus cum debita reverentia.

20 Jejunium consvetum Monasticum Quartâ et Sextâ Ferijs atq Sabbatis observatum quemadmodum in locis Particularibus observandum commendamus, ideoq statuimus ut unanimiter in omnibus locis per totum tempus Adventus Domini a carnibus abstineri, et in Solis lacticinijs Subsistere, nec aliquis Superior aliter dispensare contra Decreta Summorum Pontificum. Jam Vero in Pervigilijs Pssmæ Virginis Mariæ et aliorum Festorum Solennium laudabilem Consvetudinem in jejunando commendamus.

21. Omnes communi mensa sint contenti, non quærentes Specialitates et propterea ad Culinam non recurrentes quinimo abstineant se à Comestionibus in Cellis extra horam expectantes ad Mensam Refectorij et benedictioni Semper adsint, Serò autem Venientes, non inturbando accumbentes ultimum capiant locum, observata pœnitentia consveta tarditatis. Inhibemus Verò Serio Rndo Patri Priori, ne audeat dispensare ad efferendas ex Refectorio Portiones à Mensa residuas, extra portam Refectorij multominus extra portam Monasterij, Sed pro pauperibus tales residuitates Vel pro Pœnitentiâ relictæ, per Fratrem Diaconum distribuantur, Satisfaciendo et obligationi charitativæ et intentioni Fundatorum; Sed neq in Cellis Servare cibum Vel potum licebit.

Quoniam

22. Quoniam Cupiditas omnium radix et parens delictorum, ut à Fratribus amoveatur loco, nulli sine Superioris Licentia in Cella ligones et potus servare et habere liceat, Sitientes autem extra mensam ad Superiorem recurrent, qui in Refectorio recurrentibus sitientibus potum Subministrabit, ad extinguendam sitim non ultra, In quo Senio Pater Prior attendat, ne potus ex Refectorio aut Cellario ad Cellam vel alio deferatur. Deferentes ac extorquentes Ministri irremissibiliter Disciplinâ in Refectorio per ipsos exercenda per Patrem Miserere puniantur. Abusus cremanti omnino tollatur, nisi pro indigentibus apud Patrem Subpriorem fide aliunde id destinandum pro sola Necessitate sumptu communi providendum asservetur cremantum habere Volumus.

23. Præsupponendo omnem proprietatis occasionem statuimus, quatenus Habitus et Vestes Uniformes jam non ex panno, Sed ex materia Sanza dicta bis intra Triennium cum Femoralibus detur, et alia omnia etiam minima Necessaria Unicuique provideantur, ne excusationem alicujus defectus involvant, utpote Pellicea alias Rozuchy, semel pro tribus annis Nova Fratribus, et Vetera Fratribus danda assignantur. Linum pro Indusijs quolibet Anno per Viginti quinque ulnas Fratribus dari consuevit, Calciamenta cum tibialijs bis in anno de æstate videlicet et de hyeme. Collaria, Sophiola et Leintheamina juxta prescriptum Sanctæ Regulæ et indigentiam ac Necessitatem Fratrum à Superiore procurentur et detur omnibus ut supradictum est, uniformiter, et ex Uniformi

24. Materia. Floccos seu Togas cuilibet ad Professionem comparare debent, et si nunc aliquibus desunt comparandas mandamus, ut omnes uniformiter in Solemnioribus Festis, tam in Choro quam in Processionibus ordinatissimè incedant,

25. et illis utantur pro discretione temporum et exigentia. Necessaria pro itinere ex Vestiario providebunt Superiores, subtiles Pudenda non altiora ulnis nisi nigri aut grisei sub privatione nemini licebit portare Signanter prohibemus. Ephippia non in Cellis Sed in Depositorio communi asservare, canes, equos, pueros, famulos, bombardas, nemo audeat fovere, imo hunc abusum radicitus extirpare necessarium arbitramur etiam Sub prætextu Officij Seu functionis cujuscunque invenientes sentiendo, communitatis omnia pro omnibus necessaria non Velo peculiariter possidentes, Vetamus etiam Vestes Subductas pellibus pretiosioribus, nec alicui ex Fratribus concedimus Vulpinas pelles aut alias portare nisi Solis Prælatis, quæ etiam de pilosis Lebellinis intelligendum declaramus, Sub privatione et receptione communi

instantia nec

instantaneè ubi invenirentur. Tandem ratione Mussetarum longiori discursu vestigavimus, à quanto tempore et quomodo Usus eorum concessus fuerit, Monachis Tynecen. et utrum in perpetuum duraturus, Unde interventis hinc inde rationibus praesertim si aliquod Privilegium Super hoc Usu reperiatur, Verum nullo Documento extante nisi Tynecen. Consvetudine, in Particularibus autem Locis minimè, ideo acsi aliquod defectum Habitus ex inde ob difformitatem et Variationem inter residentes locorum Particularium pro Decisione ulteriori ad futuram Deo dante Congregationem Gnalem Polono Benedictinam differendum et remittendum esse censuimus et sententiamus.

25. De Studio Fratrum. Per Dei Gratiam Videmus numerosam Patrum et Fratrum Monasterij hujus Congregationem, quatenus Nobilia Subjecta non tepescant, Erectionem Studij Duplicis, Videlicet Moralis et Speculativi instaurandam necessariam mandamus praecipientes, quatenus in otio Religiosi Fratres pretiosum juventutis suae non consumant tempus, indilatè tale studium inchoandum Volumus esse idq praecise intra spatium Duorum Mensium, quod ut efficacius ad effectum suum perducatur, omne Consilium et auxilium Nostrum in hoc Termino applicare declaramus et Communicationem Subjectorum abinvicem cum Monasterio Nostro Sanctae Crucis (prout jam id ipsum per Philadelphiam Suffragiorum pro Defunctis Fratribus Susceptam et inchoatam comprobavimus) acceptandam et reciprocandam omni conatu et studio melioriq modo conformandam appromittimus et adaequate adimplenda pollicemur. Musaeum nihilominus pernecessarium Seu Lectorium Seorsivum pro ejusmodi studio praeparandum Rndo Patri Priori signanter committimus et demandamus. Jam Vero Locus pro Generali Studio eligendus et constituendus ad Ordinationem futurae Congregationis Gnalis differendus pro interim plenior informatione expectata praeconcipitur.

26. De numero Patrum et Fratrum Professorum Tynecensium.

In Monasterio Tynecen.

Adm. Rdus Pater Theodorus Zielonacki Prior et Custos.

R. P. Bogumilus Mycielski.

R. P. Rupertus Mirkowski Praepositus Parochialis Sklawinae et Tynecen.

R. P. Ildephonsus Trzemeski Pater Jubilatus in Tuchow manet revocanc.

In Monasterio Trocensi in Lithvania.

Rndsmus Carolomanus Myslinski Abbas.

R. P. Chrisostomus Pizikowski.

R. P. Guilhelmus Czerniewski in Insula Vigrae apud RR. Pres Camaldulenses ad Parochialem Ecclesiam manet inde revocandus ex Litt.

R. P. Romanus Zawadzki apud Moniales Vilnen. Poenitentiarius revocanc.

In Monasterio Tynecensi.
R.P. Albertus Brzezewicz.
R.P. Andreas Ruszkowski Dec.
R.P. Stephanus Bylina
R.P. Martinus Barthan.
R.P. Fulgentius Krygowski
R.P. Faustus Mastalski
R.P. Damascenus Jaroński
R.P. Albericus Machulik.
R.P. Franciscus Zaleski
R.P. Lambertus Klonn
R.P. Alanus Gniatkiewicz
R.P. Cantius Kozłowski
R.P. Anselmus Gaszynski
R.P. Carolus Kleczynski
R.P. Petrus Niewiarowski.
R.P. Antonius Jachcinski
R.P. Stanislaus Wolsztynski
R.P. Josephus Paczynski
Fr. Ludovicus Diaconus
Fr. Basilius Diaconus
Fr. Cœlestinus Subdiaconus.
Fr. Innocentius Subdiaconus.
Fr. Benignus Subdiaconus.
Fres Paulus et Eustachius Clerici.
Fres Mathias et Bernardus Professi.
Fr Leonardus Chorista.
Fres. Cyprianus, Daniel, Paschalis, (Laurentius Chorista) Modestus et Felicianus Conversi etiam extra Monasterium pro Obsequio circa administrationem Bonorum frequenter mittuntur.

In Lithvania tam intra quam extra Monasterium Trocens.
R.P. Zacharias in Præpositura Piosanensi
R.P. Ferdinandus Woltowicz in Mnrio Trocensi
R.P. Fabianus Gucki in Castro Cassinensi in Lithvania.
R.P. Placidus Rychlewski in Piosany.
R.P. Michael Goliszowski in Troki.
Fres Henricus et Valentinus ibid. Conversi
Ad Præposituram Koscielnensem manentes
A.R.P. Rudolphus Piotrowski Præptus Koscielnens.
R.P. Gregorius Zaykiewicz ibid.
R.P. Samuel Zapartowicz ibid.
R.P. Sewandus Diskorski ibid.
Fr Gerardus Subdiaconus. Fr Ambrosius Diaconus ibid.
Ad Præposituram Tuchoviensem Residentes.
R.P. Dominicus Zarski
R.P. Æmilianus Kawalewicz
R.P. Amandus Zawadzki
R.P. Justus Machulik.
Ad Præposituram Uniejoviensem
A.R.P. Maurus Rubinkowski Præpositus
R.P. Joachimus Kozinski Vicarius. et Concionator
In Abbatia Orloviensi.
Rndsmus Gaudentius Lipnicki Abbas Orlovien.
R.P. Zephirinus Jezierski Vicarius revocans
R.P. Thomas Gorski in Silesia Studia continuans.
Patres. Alexander Siemkiewicz et Florentius Tyrnawski Desiderantur.

27. Ex præsenti ita Numero Rndmorum Acm Rndorum et Rndorum Patrum et Fratrum Monasterij Cypriensis Professorum per omnes circumstantias Scrutinij indagatum et diligenter deductum est, omnes et singulos Professos legitimè, atq; prædijs semper qua præmissis, qua Publicis in generali Examine Ordinandorum, descriptis juxta Sacros canones temporibus, senij examinibus ad Sacros Ordines Divina Vocatione rite promotos et Ordinatos esse, nihilominus tamen prouidendum esse duximus, ne in futurum aliqua promotiones ex respectibus vel Instantijs Sæcularium interueniant, Solius Virtutis, Scientiæ modum ac meritorum commendatione, mediante semper totius Publici capituli de Ordinandis quoque ad Sacros Ordines et Gradus illorum Patre et Fratre mittendo et promouendis consensa et dispositione inueniantur promouendi et initiandi. Hoc superadito quod tenus Nemo ex perpetuis Clericis Chorista multominus Conversus Secularis ad sacerdotium promoueatur, sed primæ suæ Vocationis memores in suo statu permaneant, præcisa omni spe ascensus indispensabiliter nisi in capitulo Generali.

28. Confessarij seu Pœnitentiarij ad excipiendas Confessiones Patrum Ordinarij assignantur Rndus Pater Subprior ad solos Patres cum facultate absolvendi etiam à casibus reservatis infrascriptis quam præcipuam Ordinariam etiam cum facultate Subdelegandi habet videlicet Prior et Præpositi in Particularibus Monasterijs seu Præpositurijs ad suos Residentes tanquam sibi subiectos, qui obligantur suis Superioribus ad debitam reverentiam et Obedientiam Regularem. Secundus Confessarius Patrum et Fratrum Magister Novitiorum cum ea præcautione, quod Fratres Professi et Novitij neminem alium nisi hos Magistro debeant confiteri. Tertius Decanus alter, Quartus Præpositus Infirmorum, Quintus Sacristanus ex Officio, et non plures audeant sine licentia Superioris confessiones excipere, ne suas et aliorum defraudent animas, coram non assignatis confitendo. Præterea Confessarij à Sæcularibus prædita Approbatione Episcopali Ordinarij in Scripto obtinenda per Superiorem esse debent assignati et ad hoc minus pro habilitate sua sufficientes.

29. Casus reservati ex Decreto Summi Pontificis Clementis VIII.

1. Apostasia à Religione sive dimisso sive retento habitu. 2. Nocturna aut furtiua de Monasterio egressio etiam non animo Apostatandi facta. 3. Veneficia, Incantationes, Sortilegia. 4. Proprietas contra votum Paupertatis, quæ sit mortale peccatum. 5. Furtum de rebus Monasterij aut Personæ Conventualis, in ea quantitate, quæ est peccatum mortale. 6. Juramentum falsum

in

in Judicio legitime etiam Regulari prolatum. 7. Procuratio, Consilium, vel auxilium ad abortum fœtus animati, etiam effectu non secuto. 8. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. 9. Occisio vel Vulneratio seu gravis percussio cujuscunque Personæ. 10. Falsificatio manus vel sigilli Officialium Monasterij. 11. Malitiosum impedimentum Literarum à Superioribus ad inferiores et è contra. Quod dum casuum eventu Deus avertat et custodiat hanc Sacram congregationem ex corde optamus, et præcipimus omnimodam educationem præsique in spiritu deliciatam, et Exercitium exquisitissimum Fratrum Novitiorum, à qua tota pendet æternitas et salutifera uniuscujusque Vita, Verum quoniam Residentia Novitiatus minus commoda in moderno videtur esse loco, ideo aliter de illa disponendum est, prout patet ex re oculis subjecta. Ut Domini Attendatores Bonorum stabilis Tynecensis diverso statu Sexûs immixti, et alibi resideant, cum Illmo et Rmo Dño Abbate Commendatario perpetuo Tynecen expostulandum Ducemus, et quatenus ædificia Abbatialia magna ex parte delabata restaurentur, inhærendo Bullæ Summi Pontificis Innocentij Xti occasione reparationis Anni Tynecen prolatæ, solitusq Illmi et Rmi Abbatis usui accomodatæ Residentiæ per Interpositionem Authoritatis Sacræ Nuntiaturæ procurandam, et alias instantias quæ finem effectum obtinere possent petendum arbitramur.

30. De Votis Monachorum. Nec dubitandum nobis restat de cognitione Vocationis et statûs sui Uniuscujusque Regularis Viri, nihilominus quoque nec prætermittendum censemus quatenus sciant se omnes prout propriæ Voluntatis, multominus actionis libertatem Sequi debere, quinimo in omnibus et per omnia Superioribus suis prompte humiliter et filiter obedire. Quare statuimus præcludendo Viam latam et spatiosam ad perditionem Patribus et Fratribus præsique in aliquibus notatis defectibus, interdicendo, Obligantes conscientiam Superiorum, ne tales, quorum veloces pedes ad vendidandum extra Monasterium emittantur, præsique ad Administrationes Bonorum in rebus Œconomicis et occurrentijs, tam in Prædijs quam Prædijs Conventualibus et generaliter quibuscunque alijs occasionem excurrendi præferentibus Negotijs, sed in casu evidentis Necessitatis et Utilitatis Monasterij Fratres bini accepta Benedictione à Superiore in Viam destinentur, signanter vero Equitandi directe non præsumant, ibique pernoctare et per plateas ac Compitas vagari, sed in Conventuali Capitea Necessitates suas expedire ac quanto cyus ad Monasterium properare intendant. Permittimus tamen Recreationes suo modo Ordine et omnimoda honestate Religiosa præcustoditis, certis tamen et statutis temporibus non velo frequenter expetitis, quas inhibemus, præsentibus, quinimo in vigore manere Volumus, ut sub prætextu

recreationis

recreationis Domos et Casas in Villis circumire, multo minus ad illas ingredi, cibum v
potum sumere, aut Vinum adustum gustare, sub gravioribus pœnis infligendis, attendenti
Magistri Novitiorum aut Decani idipsum præcavente et Animadvertente, nullis occasi
nibus vel excusationibus suffulti, quod ut magis servetur â Fratribus, Lotrices per Pr
visorem Monasterij assignandæ, decenti amictui Vestium invigilabunt. Fratres vero bini
stinandi ad receptionem et reportationem indusiorum denigratorum ad portam Monas
rij, et rursum post lotionem et mundationem illorum ad Cellas Patrum et Fratrum
(ne detur occasio divagationis extra Septa Monasterij, aut maligno Spiritui tentatio
tum Sæcularibus ad sinistras opiniones concipiendas) reportatum Officium suum adimplebu
31. Porro ut pravis suspicionibus præcludatur via, omnisq impudicitiæ eradicetur o
casio, omnes Religiosi suspectas cum diversi Status etiam per Secretiores Literas (
respondentias ubicunque Locorum pejus angue et cane Conversationes, cum debe
esse Religiosi Sancti corpore et Spiritu, et quia si quis Templum Dei, quod nos sumu
violaverit, disperdet eum Dominus, cavendum et arcendum de rigore mandamus et ad
hortamur. Sin autem quod Deus avertat aliquis immemor Status sui Spiritualis, no
nisi per Habitum Sacrum mentiatur Deo et hominibus, et de aliquo impudicitiæ co
victus fuerit Signo vel facinore, privatus Habitu Religioso per decursum destinand
temporis ad arbitrium Superioris et Seniorum assignatorum Judicialiter decretando
detrudatur ad locum Pœnitentiæ, et cum hoc genus Dæmonij aliter non possit eijci nisi
jejunio, oratione, et corporis maceratione, nam etiam teste Sancto Gregorio lib: 12. Dia
unus corripitur, plurimi emendantur, et melius esse, ut unus in multorum Salvation
ad tempus condemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. Item
Vagabundi si qui forte reperiantur, exemplo Evangelici Pastoris, qui omissis Nonaginta
Novem Ovibus, unam quæsivisse creditur, sub conscientia investigandos et quærendos
ac pro possibilitate revocandos et adducendos mandamus, imo decernimus, ut quan
tocyus ad suum Ovile revertantur, ac juxta Statuta Sanctæ Regulæ puniantur et emendentur.
32. De Resignatione et Proprietate. Paupertatem veram strictissime observare cupientes
cujus nulla ferme vestigia apparere censentur, siquidem in Resignationibus quolibet
Anno Superiori porrectis concedatur liber usus rerum et peculij, quare periculosum
idipsum agnoscendo, præsenti Visitatione constituimus, ut omnia superflua præsertim
ad Viales Spectantia utpote Ephippia cum suis necessarijs ad Depositum commune, ut

Supra

Supradiximus asserventur et vel maximè peculium ad Patrem Depositarium in instanti ab omnibus reddatur, qui suis Necessitatibus ad extradendum interveniente casu suppeditabit Unumquemque ex suo peculio ad Depositum tradito, cum expressione Regestri pro quali expensa erogari debeat aliqua ex deposito summa, tum Debita apud Saeculares manentia sive Communitatis sive Personarum, Procuratori Causarum à Debitoribus vindicanda et ad Commune Depositum distinctim et seorsive cum debita specificatione et explicatione cui et qualis importatur summa fideliter connotanda et asservanda, ac demq; si opus fuerit proportionaliter extradenda commendatur.

33. De Decimis Officialibus Monasterij quocunque titulo vel consuetudine loci applicatis eo attento: quod Pater Provisor Communitatis licet laboriosiori censetur circa Oeconomiam gravari solicitudine, tamen nihil peculiaritatis de Communi Proventu adscribendum ipsi putamus, ex ea ratione quia caelestem recompensam adepturus, de Communi Proventu, in Salario recipiendo non debet gaudere temporaliter, ideoq; Decimam Communitatis pro Provisoribus in antecessum usurpatam, ad Communem Thesaurum Monasterij inferre et importare tenetur. Negotiationes illicitas aut quocunque modo et titulo excogitatas Mercaturas, praescindendas et nemini amplius à Superiore concedendas, interdicimus. Munuscula et Correspondentias cum Saecularibus omnino tollendas censemus. Post Obitum demortui Patris vel Fratris statuimus, ut Inventarium rerum omnium cum Resignatione verificandum conscribatur, juxta quod quomodo suppellectiles et relictae res converti debeant inito Consilio Fratrum disponet Superior.

34. De Rndo Pre Priore et alijs Officialibus Monasterij Tynecensis. Quoniam quilibet Superior debet esse forma gregis sibi commissi, proinde ex vi sui status et Officij convenit illum aemulari Charismata meliora alijs optimo praetendo exemplo, praecipue in hoc Almo Tynecensi Monasterio, cum solus Prior vices gerat Abbatis cum dependentia ad Illrsmum Dominum protunc Nuntium Apostolicum, et ne absolutam sibi potestatem in rebus Monasterij sine Consilio Capituli dispositionem usurpet, ideo in futurum sequentia Prioribus observanda demandantur. Et quidem primo Priorem hujus Monasterij ad Triennium tantum cum alijs Officialibus et non amplius durabilem nec ullo modo aut quovis praetextu et colore pro secundo immediato triennio reelegibilem, nec simul alterius loci et Ecclesiae Praepositum, juxta Sacrae Nuntiaturae et Commissionum antecedentium statuta.

35. Num vero Praepositi Locorum Particularium à Monasterio Tynecensi dependentium similiter Triennales sicut et Prior esse debeant necne? remittitur Arbitrio Illrsmi et Rndsmi Dni Nuntij Apostolici vel futurae Congregationis decisioni cum hac clausula quod semper sint amovibiles

amovibiles, et ad reddendas rationes de perceptis et expensis adstricti et obligati ac par
Quoad vero Residentes Locorum Particularium ex Consensu Vnblis Capituli
claramus non amplius nisi per Triennium in Residentijs particularibus dur
ros, et statim post Triennium pro recollectione dissipati Spiritus ipso facto rev
dos fore. Secundo Obligatum esse Patrem Priorem quatenus non tantum
verum Spiritualis Vitae exemplo pro Manutentione Regularis Observantiae, non
triens per conniventiam in Fratribus defectus, sed per frequentia Capitula Serio
niens defectus, personaliter in Monasterio invigilet, ab excursionibus extra
strum abstinendo, externa hujus Loci Negotia, et Munia non in Persona Sua
per Officiales expediet, et in casum gravioris necessitatis et utilitatis Communis
tra Monasterium nisi proposita Rndis Patribus Consilij ejusmodi rationabili Causa
cessurus adhibito aliquo ex Patribus vel Fratribus non tamen semper eodem ad
tandam singularitatis notam socio, idq non in alia Cracoviae praesumat consister
vel aliquando pernoctare quam in Conventuali Lapidea pro Communi etiam Sing
lis Patribus et Fratribus ut supra consignato reclinatorio. Tertio
ventus ex Bonis provenientes nullo modo per se recipiet et expendet cum pr
judicio Exercitij Officiorum Claustralium sed eadem munia per Patres ad id desti
nandos fideliter exqsi curabit, adhibita solicitudine Calculationum per Officiali
quolibet Quartuali faciendarum, nullamq Dispositionem in Bonis seu aedificij
Notabilem aggredietur sine Consilio Patrum et Capituli Requisitione. Quarto. In
gravioribus Causis et Negotijs Correctionum ubi intervenerit Incarceratio, vel de
gradatio, aut aliqua ad notabile tempus infligendae poenae aggravatio, tum etiam
in expeditionibus Commissionum de Vita et moribus Fratrum ipse per se non pr
cedet sine Capituli Consensu; in Judicijs autem delinquentium Consilium et sente
tias Fratrum adhibebit, ita tamen ut Judicaturus Seniorem ob respectum Prioris
cationis, Seniorum tantum utatur Consilio; in Judicio autem Praesbyteri Fratres non admitte
Quinto cavebit etiam Rndus Pater Prior per Introductionem Hospitum in Dormitorio
Conventiones in Cella, seu cum Personis Religiosis compotationes, eo magis cujus dam
et incommodo Monasterij, tum Observantiae Religiosae laesione nec non silentij Relig
osi fractione, nisi exigente Necessitate et Humanitate Supervenientibus in rec
natorio

in reclinatorio pro ijsdem assignato pro Qualitate Personarum praestanda, idque cum Moderamine frugalitatis Paupertatis et Modestiae Religiosae, non eritque sumptuosus in conficiendis sibi Vestibus, aliaque Suppellectili extraordinaria et Superflua nihil Specialitatis in Victu et Vestitu praeferendo omnimodae Studebit Uniformitati. Ad extremum in omnibus Sanctae Regulae (quae de ipso in Capite 65. scilicet Praeposito Monasterij praescribit) se conformabit, Studebitque humilitati, Charitativus in omnes aequaliter, et in promovendo Cultu Divino solicitus, Observantiaeque Sanctae Regulae Sedulo invigilans, augendi Boni Publici Studiosus, ac in omnibus necessarijs promptè, honestè, debitè atque discretè providus, Constitutiones praesentis Visitationis ejusque omnia et singula Puncta tam per se quam per omnes et singulos Religiosos Patres et Fratres fideliter exequenda curabit, Mensuram plenam confertam et coagitatam à Remunatore Bonorum, cum amplioris Fratrum gratitudine recepturus. Quodsi in aliquo deliquerit et Ordinationes Supra Statutas infregerit, primo per Rndos Patres Decanos modestè et salva omni reverentia humiliter rogandus, secundo ex mente Capituli praecustodiendus, tandem Judicio Illmi Dni Nuntij Vel Praesidi Congregationis deferendus, etsi non emendaverit etiam non elapso Triennio ex Prioratu deponendus. Rndus Pater Subprior Monasterij in absentia Vices et Jurisdictionem Prioris tenebit ijsdem Statutis quibus supra Adm Rndus Pater Prior stringitur. Insuper erit Ordinarius Chori Praefectus, pro Regulari Observantia ubique locorum et pro Officio Divino juxta praescriptum Ordinis et temporis ritè cum debitis Pausis et demissis Inclinationibus absolvendo vigilans. Peculij Fraterni Depositarius non aliter pecuniam postulantibus ad usum Fratribus elargietur, nisi rationabili suadente Causa, in praesentia tamen Adm Rndi Patris Prioris dependenter in omnibus suo fungetur Officio, in alijs vero circa Bona res et Personas Religiosas dispositionibus primus Adm Rndo Patri Priori assistet Consiliarius. Rndus Pater Magister Novitiorum primus hujus Monasterij Decanus et Pater Consilij post Patrem Subpriorem sequentem locum habiturus eligendus est ex Patribus Moribus ac scientia Maturus ob authoritatem et doctrinam Novitiorum studeat magis praeesse exemplo in omnibus quae praecipit, quam solo docere verbo, unde pro Fratribus Novellis in unum locum convocatis

convocatis qualibet die attendet SR Regulæ ad Spiritualem ædificationem cum
ra explicatione lectionis, Meditationem cujusq; diei ab ijsdem cum proposito fr
Spiritualis efficaciter reperiret, horas Novitijs tam pro Lectione Librorum Spiri
lium, quàm pro alijs operibus assignabit, ante hôram Completorij requisitus
illis fructum Diurnæ Lectionis librorum, unde tam Sublimi annexus O
adent semper Monasterio præsens, nec ab extra facile discessurus ne per ips
absentiam debita Fratribus subtrahatur Instructio, nisi gravi et rationabi
stante Motivo. Idem Rndus Pater Magister Fratres nedum Novitios Se
...Priore et immediate Vota secreta recipient, & coram omnibus juxta
...itam Praxim numerantur Legentia Scilicet in Personam Andmi
...centis unum, in Personam Andorum Patrum Mauri Rubinkow-
...orto Theodori Zielonacki decem, Wilhelmi Piernicwski duo, Andre-
...Ruskowski unum Romani Zawadski unum Josephi Laurynski Unum.
...quia in praedictis Candidatis discordantia erant et adhuc non essent
...Numero Andorum Patrum et Fratrum vocalium canonica; idcirco
...Secundam Calculorem distributionem et Revisionem descendimus,
...bus collectis, animadvertimus evenisse suffragia in Personam Andi
...Patrum Mauri Rubinkowski decem Theodori Zielonacki septem
...dreae Ruskowski tria Wilhelmi Romani et Josephi unum. Hic
...diligenter considerata, ad tertiam processimus calculorem distributionem
...evenientibus Votis pro Persona Andi Patris Mauri Rubinkowski, inde-
...m additis duobus Andmi Praesidentis, praefatum Andum Patrem Mau-
...rum Rubinkowski pro Priore et Custode Tynecensi legitime et rite ele-
...ctum judicavimus et publicari mandavimus. Quo audito Reverendus An-
...drius Laurynski respondit non posse nec debere eligi Andum Patrem
...Maurum cujus infirmitas non est idonea ad simile officium: verum
...rejecta illius assertione, ad alios eligendos Officiales Locales servata
...erat supra Scrutinionum Solemnitate descendimus modo infra scripto.
...Et quidem pro Suppriorato Vota et Suffragia sex in Personam Andi Pa-
...tris Stephani Rylina praevalentia erant qui etiam pro rite et
...legitime electo Suppriore Tynecensi publicatus est. Item pro De-
...cani Suffragia in Personam Andi Patris Andreae Uadewin, in
...Personam vero Andi Patris Wilhelmi quindecim qui etiam pro
...rite electis agniti et publicati sunt. Pro Magisteriis vero Novitio-
...rum reliquis Andis Patribus Andrea Ruskowski duo Amando Za-
...wadski quatuor, Fulgentio quatuor Wilhelmo duo & Romano
...unum habentibus Andis S. Justi Machulki votis decem additis duobus
...Andmi Praesidentis assumptus est. Procurator vero Coe-

sarum hoc arctissimo tempore Necessarius proponit & immediate
P. Stanislaus Wolsztynski Votis sexdecim Cæteris tantum An
Patribus Andrea Fabiano et Benigno per Unum habentibus
Damasceno vero quatuor, assumitur. Notarius etiam Capi
P. Benignus omnium consensu confirmatur. Provisor
Sacrista ex ratione hujus Arctissimi temporis salvo Calculatio
producendo Regestro usque ad Opportunionem Electionis occasio
suspenduntur. Quibusquidem supradictis Electis
cialibus Reliquorum Electio ob brevem temporis horam in Cra
num DEO favente intimatur, et hymno Te DEUM Lau
mus, Antiphona Gloria tibi Trinitas Oratione, aspersione
aquæ benedictæ peractis et finitis Priorale Officium Rndo
tri Mauro Rubinkowski tradidimus ac immediate insignia
nasterij Nostri Tynecensis per Rndum Patrem Josephum Ex
rem (: qui protunc omnes & singulos deprecabat, si quos te
re sui Prioratus offenderit, veniam humiliter exorans :) Præfat
Adm Rndo Patri Mauro Rubinkowski ad manus porrexim
Ipse vero R. P. Josephus ad Regestrum tam de proventib
vacantis Abbatiæ quam etiam Monasterij producendam mo
tur.

Electio Abbatis Orloviensis.

Actum in Prædio Nostro Culoviensi Ann
Domini 1710 Die vero Quinta Mensis Septem
bris. Congregatis Adm Rndis Patribus ut supra specifica
tis et expressis uno tantum absente Rndo Patre Florentio
Vigore Intimationis Reliquorum Officialium ad Electio
nem abbatis Orloviensis primario venire necessarium est
duximus. Ad meliorem autem informationem Status
jus Abbatiæ Orloviens propositum est, qualiter hæc Abbatia
plus, quam à Centum annis, in manibus alienis habea

Bonet quam

quàm difficilis recuperandi Bona processus, proinde de Vi-
hac in parte, idoneo, in quo media et spes hujusmodi Recu-
rationis esse possit deliberatum; sed breviter concludens Andmus
Dnus Præsidens, hujusmodi Electionem in Dei Nomine
instituit, et Observatis per solitam praxim Suffragijs ex se-
creta revisione evenientibus in Personam Rndi Patris Fulgen-
tij Krigowski decem, in Personam verò Rndi Patris Lamberti
Klonn undecim additis duobus calculis Andmi Dni Præsiden-
tis præfatus Rndus Pater Lambertus pro ritè et legitimè
electo Abbate Orloviensi agnoscit & publicat, perlectis etiam
pro hac Abbatia Orloviensi per Unum Votum candidatis Adm
Rndis Patribus Theodoro Zielonacki Josepho Paczynski.
Quia verò Neo Electus Abbas Orloviensis, Lambertus, Officio
Præposturæ Infirmorum, in antecessum fungebat, idcircò
Rndus P. Josephus Paczynski Ex Prior Tynecensis, concordibus
verbaliter votis in Vim gratitudinis, pro labore, in Locum Præ-
posti Infirmorum, succedit, et pro ritè et legitimè ele-
cto Præposito declaratur. Reliqui verò Extranei
Officiales & Locales ad Electionem Sub præsidentia Adm
Rndi Patris Mauri Rubinkowski Prioris & Custodis Tyne-
censis, vel cui Celsissimus Princeps Commissionem dederit
suspendunt. Et hæ sunt Ordinatio-
nes Monasterij Tynecens. Correctiones
verò debere fieri per Visitationem tam Principalis Monaste-
rij Nostri Tynecensis, quàm etiam Locorum Particula-
rium productis seu verius producendis Calculationibus Offi-
cialium conclusum. Quia verò ob ingravescentia
in dies pericula, ea omnia superius illata et inculcata
ad finem in Monasterio Nostro Tynecensi pervenire

non statim

non statim sperantur; merito Perillustris et Rndmus Dnus Praesi-
dens, per Adm Rndum Patrem Priorem et Custodem Tynecensem, ea omnia
ad effectum deduci omnino demandavit. Ac immediate omnibus
singulis religiosam recommendans Observantiam, Superioribus nempe
scretionem, Inferioribus autem reverentiam et Obedientiam Regulae
Sanctae Observandam praecepit, benedictioneque Domini singulis de-
buta Actus hic Generalis Capituli concluditur, Stiloque ponderosissi-
mo Illustrissimi et Reverendissimi Domini Praesidentis termi-
tur. Acta sunt haec in Praedio Nostro Cu-
loviensi Mense Die Anno quibus supra
Pater Benignus Buchowski Ordinis Sa-
cti Benedicti, Notarius mpp.

In Nomine Domini Amen.

Actus Capitulares sub Priorato Adm Rndi Patris Mauri Rubinkowski

Actum in Praedio Nostro Culoviensi Anno Domini 1710. Die
Septima Mensis Septembris. Congregatis Adm Rndis Patribus,
Rndus Pater Maurus Rubinkowski Prior et Custos Tynecensis
ravit perlegi Regulae Sanctae Textum de vocandis ad Consilium
Fratribus, et dixit, quod velit semper in omnibus occasionibus
sariis Consilium ab Omnibus et singulis Rndis Patribus juxta
tam praxim requirere, quia vero ob pestiferam lucem Adm Rndi
Patres Praepositi Locorum Particularium domum redire intendunt
omnino necessarium esset quatenus juxta obloquentiam Capituli
ralis Officia et Beneficia sua resignent cum se sciant esse
omni tempore amovibiles ac ad dandum calculum de Pro-
tibus annualibus adstrictos, interim inhaerendo Conclusionis
perius expressae suspendendam esse hujusmodi Electionem Prae-
sitorum

torum Locorum Particularium usq; ad Ulteriorem decisionem Cel-
tissimi Principis Abbatis Tynecensis censuit. Quantum vero ad
aliquos Officiales Claustrales qui adhuc desiderantur respondit Adm
Rndus Pater Prior, quod hujusmodi Electiones DEO dante in Monaste-
rio Tynecensi congregatis omnibus et singulis Adm Rndis Patribus
perficere non desistet. Interim R.P. Theodorus Zielonacki Præ-
positus Koscielensis exposuit quod indigeat Subjectis ad Monasterium
Koscielense et petijt quatenus illuc posset ordinari R.P. Anselmus.
Adm Rndus P. Prior respondit non esse urgentem necessitatem, imo
quod quivis in Locis Particularibus Præpositus Subjecta non pro suo
beneplacito sed ex Ordinatione Celsissimi Principis acceptare deberent
Interim Rndi Patres Guilhelmus Andreas et Lambertus Electus Ab-
bas Orloviensis petierunt quatenus R.P. Anselmus posset illuc ordi-
nari. Suspensa autem est decisio usq; ad Opportunius tempus.

Actum in Prædio Nostro Cruloviensi Anno Domini 1710
Die vero 8 Mensis Septembris horis pomeridianis. Congregatis igi-
tur hac die scilicet Octava Septembris Adm Rndis Patribus Adm
Rndus Pater Prior proposuit quod R.P. Eustachius Czernski qui-
dem fuerat cum Rndmo Carolomano in Calvo Monte S. Crucis
tempore Generalis Capituli, et licet pro formanda Unione ex mente
ejusdem Rndmi consensum pro Unione dederit nihilominus retractasse
se eundem consensum allegavit. Exposuit etiam Adm Rndus Pater Prior quod
R.P. Eustachius petat quatenus in Monasterio Tynecensi possit reside-
re præsertim cum ex Lithvania quo ordinatus fuerat sub Priora-
tu Rndi Patris Josephi, associatus Rndmo Abbati Trocensi ex mente
ejusdem Rndmi redire debuerat et cum ipso ad S. Crucem pro
Generali Capitulo quamvis non habito expresso mandato Vtlis
Capituli Nostri Tynecensis descendere. Conclusum quatenus R.P.
Eustachius in Monasterio Nro Tynecensi DEO Dante resideat et
Religiosis Fratribus Lectionem Philosophicam legat.

Sub eodem actu A R.P. Prior exposuit contra Ptensam
Unionem agendum esse, et cogitandum de aliquo Viro Seculari
Causæ Nostræ Advocato et Patrono. Sententiatum fuit pro Cla-
rissimo et Consultissimo Domino Antonio Prosperus, sed quia

repente

repente hospites advenerunt, ideo Conclusio suspensa est ad futuram sessionem. De thesaurarijs etiam necessarijs fuit mentio, praesertim R.P. Guilhelmus allegavit quod Proventus et Substantiam Monasterii non deberet R.P. Prior apud se depositam habere, sed similiter Conclusio suspensa est ad futuram sessionem.

Actum in Praedio Nostro Culoviensi Anno Dni 1710 Die Decima Septembris. Congregatis Adm Rndis Patribus Adm Pater Prior exposuit quod ratione Monitorialium Rndmi Dni Kowski consulendum sit, et omni possibili modo contra praetensam Mirecianam agendum. Concludit quatenus per Clarissimum Dnum Prosperum legitimum Nostrum Mandatarium sequentes mittatur literae ad eundem Rndm Dominum. quarum tenor talis

Perillustris et Rndme Dne, Dne, Patrone Colendme

Locati à Sua Perllri et Rndma Dnaone exhibemus omnem honorem et reverentiam suae Rndmae Dnaoni tanqm Personae omni tempore et loco habendae. Et quoniam ad eum statum infelicitatis pervenimus ut nullo habito respectu adusque grassantis et indies ingravescentis in Loco Nostro Tynecensi Pestilentiae, de qua fama Publica testari potest, et quae nos in tanto periculi constitutos magis admonet ut dies aeternitatis recogitemus, eorum nostrarum Saluti prospiciamus publicaeque Securitati provideamus ea pacemetiam ab inimicis Nostris sperare possemus; Rndmus Dnus Stanislaus non intentis tot anterioribus praejudicijs Nostris illatis suo loco et tempore ducendis per suam importunam instaam ad suam Rndm Dnaom factam Innocentes tantis comminationibus turbare et inquietare non desistit. Et licet simus omni destituti consilio ob suspicionem contractam quod nos ab importunitate defendere debeamus comparemus, jam nos ponimus in Personis Nostris (: cum ob eandem suspicionem his diebus magis contractam comparere nobis non licet, nec audeamus :) sed Persona Praesentium Exhibitionis Excellmi et Clarissimi Domini Antonij Prosperi Mandatarij Nostri comparemus, ne arguamur alicujus protervitatis, et habeamur pro Convictis, cum omni religiosa submissione ad mandata suae Perillustris et Rndmae Dominationis Vestrae, cum ea quidem qua possumus ad praesens justificatione.

in primis

primis solenniter, ac solennissime super eo manifestamur, quod Erectæ
Congregaõni Benedictinæ in Polonia, quo ad alia Monasteria in eam
consentientia ullo colore, prætextu et ingenio, tam per se quam
per alias Subordinatas Personas tacitè vel expressè in minimo pun-
to ~~protestamur~~ (Salvo per omnia Monasterio Tynecensi cum Lo-
cis ejus omnibus particularibus) non contradicimus, nec contradicere
impedire, inquietare, turbare volumus, & intendimus, consequen-
ter de indebitè ac Nulliter contra nos extensis tam in rigorosis
poenis quorum favore, pari ratione ac Monrij Sæ Crucis in Calvo
Monte, et aliorum, hujusmodi rigor contra omnes alios extraneos
qui eandem non intrant Congregaõnem, et erectam impedire vellent,
à Sancta Sede è extensus, favore ut diximus Oratorum et impe-
trantium, quales et nos sumus per Rndmum Mirecki licet sini-
stre repsentati, sit relaxatus, protestamur, tela etenim et ar-
ma Congregaõni Erectæ concessa, contra quosvis alios eandem
impugnantes, contra eandem et ipsam Congregaõnem, modo contra-
rio ultra facultatem eo fine concessa convertunt, et quidem
processu et forma non servata ac si volentes etiam fortiori vin-
culo contra naturam trahi deberent. Quo verò ad Causas, ad
quas dandas cur non Uniamur Erectæ Congregaõni per Literas Mo-
nitionis Suæ Rndmæ Dnaõnis stringimur, eas allegamus, et
in continenti justificamus. Quia Sbmus ut patet ex contextu
Decreti Sacræ Congregaõnis, et ipsiusmet Erectionis, in ea liber-
tate voluit habere et eè omnia Monasteria Benedictina, ut
non alias nec aliter uniantur hujusmodi Congregaõni Erectæ
nisi velint, eorumq; Abbates consenserint, nec alias aggre-
gari possint et debeant. Et legere cuilibet licet memora-
tam Congregaõnis Erectionem, quæ nos alias, nec aliter, nisi
ad Instantiam postulantium, et de expresso consensu Mo-
nasteriorum Uniri et aggregari Volentium, quorum Nomine
Rndmus Abbas Sanctæ Crucis tanqm Substitutus Mandatarius
comparuit, pro Eadem instetit, sit subsecuta. Cum autem
Nostrum Monrium et Congregaõ Tynecensis quæ ex tot alijs
Locis Particularibus coalescit, uti Instituti Cluniacensis
Monasterijs Instituti alterius, ex Magnis et validis rationibus

uniri et aggregari nolit, nec pro formanda et erigenda hujusmodi Con-
gregatione Unanimem consensum cum alijs Monasterijs (prout tuppo-
nit) prestitit, pro erectione ejusdem non instetit, nec
Unquam Mandatum Procure eo fine Rndmo Mirecky dedit,
quinimo contra Scriptum certum de anno 1707 de data diei
Nona July" sub tempus Visitationis per Rndmum Mirecky ha-
bitæ, eo fine fabricatum, Subscriptiones q3 Nostrum, coacte
metu poenarum, carcerisq relegationis et alianum Subsecta-
rum Statim tertia die sit officiose protestatum, prout de-
cet Instrumentum Protestationis, nec pro Actu Convocationis
per Eundem Rndmum Dnum Mirecky anno eodem ad
ratificandum pretensum consensum super Unione Mandatum q3
Romam recognoscendum indicto, Ullus Nostrum comparuerit,
Scriptum protestum non ratificatum, mandatum non recognitum,
elusorieq et circumventive Nomine Nostro Nobis insciis, ne-
quicq3 Sperantibus Hinc Mandato, quod omni tempore coram
Quo de Jure deducetz, comparitum, quonodo possumus No-
bisq contra expressam mentem SSmi et Sacra Congregationis
tam violentis medijs ad aggregandum nos, tracti. Silent
bene Rndmus Mirecky de expresso dissensu Nostro, ac ideo
conferens se Romam et visitans obvium Monrium Nostrum
interrogatus et obdestinatus, quo fine se conferat, an non
in hac materia, respondit se multa alia Negotia utpote
cum Illmo Dño Lopkowsky habere, nec ullam nobiscum fa-
ciens conferentiam discessit, et tamen Nomine Nostrum, Nos
bis non petentibus, quinimo contradicentibus, facto cum a-
liquibus conditamine, Romæ Oratorem et Mandatarium eum ejus
deduitur. Audit quod idem Rndmus Mirecky Romã redierit
et iterum Monasterium Nostrum visitans interrogatus, an aliquid
hoc in negotio attentavent, congregationem alto posuit silentio,
solum, dixit se nihil habere vel ulle protensionis, ad quam
suni Congressum et nos Omnes. Et tandem curavit nobis citimeri
literas pro immediata Congregatione sub Nne sue Rndo Drãony extradity.
Ad cujus rei Novitatem nos Stupefacti, non potuimus aliud medium ha-
bere efficacius nisi à prima Notitia de hujusmodi dolose processo,
et de Nullitate Actus cujusvis, Nne Nro nobis insciis, nec Voluntis

nec

petentibus qualitercunq; imo nulliter uti die Mandato gesti / salva & omnia Austo-
te S. Sedis per quod nec in minimo Eidem de cetero derogare voluimus et intendimus, jusq;
taxat naturalis defensionis assumpsimus protestari et manifestari à Principio,
eandem S. Sedem Apellare et recursum facere, prout de facto capitulari-
ter congregati per allegatos Nros coram Notario aplico appellavimus, ad eam-
dem S. Sedem recursum fecimus, ejusdem tuitioni et protectioni nos humiliter subjec-
imus. Et quoniam pendente appellatione et recursu ad Sm nihil est innovan-
dum in Judicium appellationis et recursus, per Justitiam memorati Decreti
Congregationis, et ipsiusmet Erectionis nolentes per censuras violenter trahi non
debeamus, Supplicamq humiliter ac instantissime, ut tantis per donec S. Sedes ple-
nius informata negotium hoc non discutiat, attenta etiam moderna nos tam graviter
affligentis mali pestilentia, presente calamitate supersedere dignetur, alias de atten-
tis et innovatis attentandis q; et innovandis solenniter ac solennissime protestamur
atq; simulq; gratiis singulari et protectioni Nos insinuantes manemq et. Indipiesto-
res P. Maurus Rubatkowski Prior et Cyp. F. Theodory Zielonacki Progkoff. F. Andre-
as Pyskorosky Decany, F. Grihelmus Decanus, † Stephanus Subprior. † Gregorius Fabri-
cius Profectus. Stapislaus Procurator Cus. Basilius Vice Mr Novit. Benigna Not. capli etc. et
his literis perlectis et capitulariter subscriptis sigillog Monry communi-
tis, exponit R P. Prior ratione Vicariorum mittendorum ad Loca Parti-
cularia sed hoc ad beneplacitum Rndi Patris Prioris relinquitur.
Post hoc imminente Professione Sanctimonialium fratrum Austrorum Au-
gustini et Egidy Nostrionum, et Scrutinio utrum ad Professionem
admittendi nec ne diligenter à singulis habito utrog ad Profes-
sionem admittit, salvo tamen etiam religuorum adhuc in conventu reli-
gionis Patrum et Fratrum consensu. Andus Fr Stanislaus iam Re-
ligioso Fre Benedicto accepta à Rndo Pre Priore licentia ad suos
consanguineos in Majorem Poloniam discedunt. Reliqui Rndi Patres
ob pestiferam luem ad Prodia disponuntur. Ad extremum Officii
Rndo Patri Gregorio quasi Ducentos aureos post fata Abbis Super-
ti Parochi Lyncensis quasi & actus 23 Decembris anni 1709 hoc
celebrati haberent, acceperit sed non probata ratione, rebusq; dili-
genter perpensis rejecta est contraria delatio Rndi Pris Anselmi
qui se hoc idem à Rndo Pre Matrio auditum joci gratia in
capitulo protulisse dixit. Interim hujusmodi discussio ad plenari-
um Numerum Fratrum et ad opportunum tempus relinquitur. His
peractis Soluta sessio.

Anno quo supra die eodem Religiosus Fr Coelestinus horis
pomeridianis capitulariter assignatur pro Administratione invigilan-
da Wegrzynowice et Plomnik in Locum Religiosi ac tedm Rndi
olim Petri Niewiarowsky Professi et Presbyteri Conventus hujus Lyne-
censis qui prereptus fatis secunda Septembris Anno Dni 1710
abiit in Regionem longinquam. Literaq; de hujusmodi morte
ad Conventus cum quibus Philadelphiam contrahimq mittuntur.

Actum in Prædio Nro Culoviensi Anno Dni 1710 die verò 15 Sep
Sub quo productum est Decretum Rndsmi Dni Michaëlis Wil
kowski Præsidentis et Commissarij Congregaonis Polono Benedictinæ favo
re Monrij et Congregaonis Tynecensis remissum ad Sanctam Sedem
ad quam per nos appellatum est, de tenore tali:

Michaël Josephus de Wilkow Wilkowski Divina Vocatione Abbas
in Hebdow Brestens Ord. Præmonstratens Primi Capti Gnalis Congre
gaonis Polono Benedictinæ Sub titulo Sæ Crucis feliciter erectæ Præsidens
Authoritate Aplica Deputatus.

Universis et singulis quorum interest Notum facimus. Qualiter
nomine Religiosorum et Adm. Rndorum PP. et Fratrum Monrij
Tynecens Ord. S. Bendti totiusq. Gnalis Capti ejusdem citatorum
Principalium in termino ex literis Monitionis ad effectum dandi Cau
sas et rationes, cur in Capitulo Sub Præsidentia Nostra in Monrio
Sæ Crucis in Calvo Monte immediatè celebrato, cum Mandato Legiti
mo à Suo Vnbli Capitulo et toto Monrio comparuerint, nec ulla
sua desideria exposuerint, à Nobis emanatis incidenti, comparue
rit coram Nobis Excellens Antonius Prospery S. Authoritate Aplica
Notarius, ipsorum Legittimus Mandatarius, prout de hujusmodi Man
dato à Vnbli capitulo in Personam Sui recognito plenè docuit, Cau
sasq. et rationes super præmissis legitimis documentis justificavit, alle
gando inprimis modernam calamitatem Sævientis Mali Pestilentiæ
in Loco Tynecens de quo fama Publica testar, ob quam caam Sui
Principales in Capto ad S. Crucem celebrato legitimè comparere
nullo modo potuerunt. Quo verò ad Unionem dixit Suos Princi
pales pro hac Unione et Congregatione non consensisse, contra
Scriptum eo Nomine in anno 1707 formatum in Continenti Ter
tia die protestatos esse, Mandatum Procuræ Romam, pro peten
da Erectione hujusmodi Unionis et Congregationis Nomine Sui Mona
sterij nullum recognovisse nec de illo Scivisse, nisi ad præsens ex
recognitione Rndi ac Adm Rndi immediati Prioris, qui Capi
tulariter fassus est et veniam petijt, quod inscia Communitate, Au
thoritate propria Nomine Ejusdem ex persvasu aliquorum Extra
neorum idem Romam dederit et subscripserit, Similiter de pro
curata Erectione vel procuranda nullam Notitiam usq. ad tempus
intimatarum à Nobis pro memorato Capitulo Literarum Innotescen
tialium

lium suorum Principalium Communitate et V. Capitulum habuisse, ac proin-
de à prima Notitia taliter procuratae Erectionis salva per Omnia Au-
thoritate Sacrae Sedis cui se cum omni filiali Subjectione unà cum toto
Negotio quàm humillime subjiciunt, contra praemissa sunt protestati,
appellationemq. ad eandem Sanctam Sedem ac SSm Dnum Nrum
Dnum Clementem Divina Providentia Papam melius informandum,
eo instanti, de qua Authenticè docuit, interposuerunt petendo uti
in causa tam gravi et tanti momenti hujusmodi Appellaõni deferri
causam et Negotium totum ad eundem SSm Dnum Nrum, ad quem apel-
latum est remitti. Nos audito Citatorum Legittimo Mandatario,
visis Lectis Documentis coram Nobis in forma probanti productis,
et exhibitis, utpote Protestationis, Appellaõnis, Conclusionumq. Ca-
pitularium dicti Monrij et Communitatis Tynecens. ijdem ac
alijs rationibus bene mature ac debitè trutinatis, licet quidem
sit apposita Clausula in Brevi Erectionis memoratae Congregaõnis Po-
lono Benedictinae, remota omni Appellaõne Contradictorum; Cum
tamen Jura disponant hanc Clausulam apponi solitam de frivola
et frustratoria duntaxat obloqui appellaõne et Contradictores in-
telligi facti non Juris, qui habent aliquem titulum se legittime oppo-
nendi, dictumq. Monrium Tynecens. magnas et considerabiles pro se
adducit rationes et apellat ad SSmum Dnum Nrum melius infor-
mandum qualem Appellaõnem lex admittit, eoq. attento quod Ca-
pitulum jam sit peractum, Statuta Congregaõnis formata, Nihilq.
amplius restet, nisi illorum à Sa Sede approbatio. Exhis et alijs
raõnibus animum Nrum permoventibus attenta legitima cadentia ter-
mini ex Literis Monitionis Nostrae incidentis, Apellaõni ad SSm
Dnum Dnum Nrum interpositae deferendum, Negotium hoc Mona-
sterij Tynecens. pro decisione ad eundem SSm remittendum et ab
ulteriori processu supersedendum esse duximus, Uti quidem defe-
rimus, remittimus, et supersedemus. Et in Majorem praemis-
sorum fidem praesentes Manu Nrâ subscribimus et sigillo Nostro
Communiri mandamus. Actum et datum in Residentia Nostra
Abbatiali Monrij Hebdoviens. die Veneris duodecima Mensis
Septemb. Anno Dni Millesimo septingent. Decimo, praesentibus
Religiosis et Stdm Rndis Adamo Forski Supriore, Josepho
Lupinski & Stephano Spinek Canonicis Contus Nri Hebdoviens.

Michaël Wilkowski Abbas Brestens. Cont. Heb.
mpp

Perlecto eodem Decreto favorabili, concludit quatenus fiat Sta
stää ad Celsm Principem Abbatem Tynecen ut per interpositio
nem Authoritatis ejus ad Sm possint desidera, et Projud.
cia Monrij Sm Tynecen ex vigore de Novo Erecto Congregatio
exponi. Insuper rogatur Dom Andus Fr Prior Stanisl.
Rubinkowski, vocibus singulorum capitulariter quatenus
Promotor hujus Negotij et exponendorum ad Sm hujusmodi Fr
judicionum Jandq; plenarie informationis in causa eadem, Cui
datur simul omnimoda facultas ad eum finem Unum vel plures
sunt necessarij ad quodvis judicia Specialiter in Curia Romana
constituendi Procuratorem vel Procuratores Specialiter ta,
men hic in Partibus Regni Clarissimum et Consultissimum Vi,
rum Dnum Prospery, in Urbe verò Romana Clarissimum et
Consultissimum Virum Dnum Ulisses de Vincentijs Lucanum Fm
Spiritualis Patronos et Advocatos, cum solitis facultatibus etiam
Substituendi in Locum sui in forma Ampliss.ma et Solenissima.
Rogatur insuper Dom Andus Pater Prior et Custos Tynecens
ut nihil extra Consilium Andrum Patrum Decanorum, et alio,
rum Seniorum agat ~~citra consilium~~, imò semper in Capitulo in
pleniori Numero propter plenioren informationem in arduis con,
sulta vel consulenda negotia laboret, ne quid inscia Sma
muritate Bulli, transmittatur ad Urbem, Ut sic Omnia Membra
Corporis Monastica sint in pace. In quorum fidem Congrega,
tio Tynecen apponit manum Suam.

Fr Theodorus Zielonacki O.S.Ba Congreg. Tyn. Prof. Strup. Rossi.
Fr Stephanus Bylina. Subprior. Ord. S.ti Ben. Congr. Tynec.
Fr Andreas Kuszkowski Decanus Primus Congr. Tynecen.
Fr. Guilielmus Czerniewski Visitator, Decanus, Vicecustos et Oeconomus
Fr Gregorius Zaleski Supprior Tynecen. Fabric. mp
Fr Martinus Barthon Congregationis Tyn. mpp
Fr Faustus Mastalski Cantor mp
Fr Damascenus Sowinski Notarius Capitul. mpp.
C. Florentinus Engelberger Congregationis Tynec. mp
Fr Fabianus Suttkus Congr. Tyn. mp
Fr Benedictus Grabowski Congr. Tyn. mpp
Fr. Basilius Lezynski O.S.B. Congregationis Tyn. mpp

Fr. Josephus Pacynski O.S.B. Praeptus Infirmorum Congregationis Tynecensis mppa
Fr. Benignus Buchowski Authte Vnblis Capli Notarius mppa

Fr. Paulus Wysocki O.S.B. Diaconus Congr. Tynecensis mppa.

Fr. Hyacinthus Poradowski O.S.B. Subdiaco. Congr. Tynecen. mppa

Idem qui supra
Notarius mppa

Sub eodem Actu vigore calculationis ex Mandato Celsissimi Principis Abbatis Nri Tynecensis tum aliquoties in Generali moderno Capitulo per Nostros Rndos Patres insinuatae et ad effectum deducendum incultatae, requisitus est R. Pr. Josephus Pacynski ex Prior Tynecensis ut Regestrum seu potius Inventarium rerum Monasticarum prorattam de Argento seu Apparamentis Ecclesiae quam de Thesauro, imo verius de Proventibus ex Bonis Monasterij susceptis ab Antecessore suo Adm. R. Pre Theodoro Zielonacki moderno Praepto Koscielnensi, et de post resignaonem sui Prioratus relicta quantitate Substantiae, quatenus in Notitiam veniat Moderni Prioris et totius Vnblis comunitatis, Substantia Monastica dispensabilis. Quod totum cum Praefatus R. Pr. Josephus se facturum annuisset per producendum Regestrum, voluit Vnblis comunitas, ut similes calculaones serio ad effectum deducantur. Item de Procuratore Romam expediendo è medio Nostri aliquo scilicet idoneo et bene versato, qui hujusmodi circa Congregationem nuper Erectam Negotium pertractare valeat propositum est. Verum commodiori tempore de hoc ipso assignando Procuratore Adm. R. Pr. Prior se velle deliberare respondit ad plenius Capitulum. Interim Protestationes contra Rndm Mirecki Abb. S. Crac. ingrossari demandantur de tenore tali.

Dn

In Nõe Dni Amen. Presenti Publico Protestãonis et Manifestãonis Instrumento cunctis pateat evidenter et sit Notum. Quomodo à Nativitate Dni Nri JESU Anno 1707 Indictione Romana 15 Pontificatus Sanctissimi Dni Nri, Dni Clementis Divina Providentia Papæ ejus Nris XI feliciter moderni Anno 7mo, Die verò Lunæ undecima Mensis Julij in Mei Notarij Publici, testiumq infrascriptorum ad id Specialiter rogatorum et adhibitorum, Specialiter Nobilis Andreas Ildephonsus Trzemeski ubi et tangit Senior Pater tum Stephanus Bylina, et Benignus Buchowski. Conventus Syneciæ Congregãonis Floriacen Regalis Archicoenobij Syneciæ Ord. S. Benedicti Professi omnibus meliori quibus firmiùs validius ac efficatiùs de Jure, forma, via, stylo patet, et esse potuerunt ac debuerunt modis protestationem ac manifestationem interponentes ac insequentes tali sub tenore: Coram vobis Dño Notario uti Publica et Authentica Persona nos P. Ildephonsus Trzemeski, Prepositus Tuchovien, Stephanus Bylina, Benignus Buchowski Ord. S. Benedicti Congregãonis Floriacen Regalis Archicoenobij Syneciæ Professi et Patres nostro ac aliorum Nomine Confratrum de quorum ratihabitione aveng protestamur et manifestamur Dcos in et contra Peillrm et Adm Andream Dñm Christinum Stanislaum Mirecki Abbatem S. Crucis de et super Eo, quia is idem Andreas Abbas nemine nostrum requirente non habita reflexione Congregãonis Floriacen à Primo Fundatore Nro in Regno Poloniæ fo lita, subdole, ingeniosè, injuriosè capriosè prejudiciosè empenose et quidem seclusa Nostrum cum alijs Monasterijs ad Nostrum Archi Coenobium Spectantibus in præmissis requirendis attentandis et attentatis conferentia, quidem propria Authoritate sive Situ Nostrum cum alijs Monasterijs ad Nostrum Archi Coenobium spectantibus ac ex illo presso consensu se ipsum fraudulenter quasi Constitutum Procuratorem et Promotorem sacri hujus negotij et Unionis formandæ sacræ Sedi apostolicæ insinuando nec de his avisato Illmo ac Rndmo Dño Casimiro à Lubna Lubienski D. Ep et aplicæ Sedis gratia Episcopo Chelmense, Equitis Polonici ac Ducatus Severien Generali Administratore Commendatario Abbate Czerwiensi Patrono Nostro et Protectore colendo subscriptiones supra formanda Unione cum duabus Congregãone Castrensi in rasa Charta exprimend extorsit. Contra quod quidem attentatum uti Congregaoni Nrã Floriacen multis rationibus Suo loco et tempore in quantum Opus fuerit infe rendis damnosum et prejudiciosum Sentientes, Nos, Nostram Congregãonem

Congregaõnem Cluniacensem Archiloenobialem Tynecensem enormiter læsam et gravatam, coram vobis Dno Notario iterum atq; iterum idq; præcavendo cujusvis idemnitati Juris Sui causæq; justæ protestamur et manifestamur solennissimè. Salvo omni meliori modo et Quare ijdem qui supra protestantes Religiosi et Adm Rndi Patres petierunt à me Publico Notario præsens publicum Instrumentum confici et in forma solita sibi extradi Instrumm ꝑsentibus Adm Rndis Paulo Otpinski in Rygulice et Adalberto Luxarowic in Dobrka et Wietrzna Parochis, Stanislao Niegburski Organario Czemichovien testibus ad præmissa vocatis rogatis et adhibitis. Acta hæc sunt in solita mea Residentia Siemichoviensi Anno, Mense, Die, Indictione Pontificatu et alijs ut supra. Et quia ego Stanislaus Andreas Laurentius Gorzewski Publicus S. Auth. Apl. Notarius Ecclesiarum Collegiat. Voinicen Canonicus Parochialis Siemiechovien Curatus præmissis omnibus et singulis dum sic fierent et agerent præsens fui et interfui, Relsõs et Adm Rndos Patres se protestantes audivi et exinde Publicum hoc Instrumm confeci manu mea propria Scripsi et Subscripsi Signoq; Nnē et cognomine in fidem majorem quibus in conficiendis instrumentis Publicis mediante Authoritate S. Sedis Aplicæ utor communivi rogatus et requisitus mpp

Michaël à Slupow Szembek Dei et Aplicæ Sedis graã Eppus Paphnensis Decanus Suffraganeus et Officialis Gnlis Cracoviens Universis et singulis quorum interest significamus et attestamur suprascriptum A. R. Andream Gorzewski ee Publicum S. Authoritate Notarium ejusq; Scripturis et Instrumentis plenam adhiberi fidem prout et ꝑtens adhibenda Datt in Slupow die 13 Mensis 7bris. 1710.

Literæ Rndmi Wilkowski ad V. Comunitatem Tynecensem de remisso Dereto ad SSm raõne Congreg. noviter erectæ

Perillrs et Adm Rndi Dni, Dni Confratres et Patroni. Romano compulsus imperiõ, licet indignus et tanto impar Muneri Sim Præsidentiæ, Sacræ et Primæ Congregaonis Polono Ben.: per eadem tamen obstacula, calamitates et pericula, quæ mihi attulerunt præsentes literæ ad vos fieret ego accedere conatus sum, et ex longinquo dignissimas Sancti Ordinis Benedictini veneratus personas, proculdubio cum repa,

rata et Archi Coenobium Tynecen.m idem facere convenienter ad laudabilem
formandam Unitatem uniformiter facere arbitrabatur, quod cum non factum
fuit licet Spatio effectu totius (cepti prolongato ad id usq. tempus) per
regimitteris mihi commissi infelicitas fuit, sic consequenter elapsus est
modus desideratissimi Sanctitatis mei, quapropter ut melius apparearent ratio-
nes absentiæ mei de jure placuit superiori judicio expedire Monitoria
quæ facile suum mitigabant rigorem dabunt rationes tantæ absentiæ
apud Illum Præsidentem Archi Abbatem S. Crucis et facta submissione
consequenter ibidem remedia subministrabuntur quod ex candore voto, et
promptitudine animi mei exoptans maneo

Pertillum et Adm Archidiaconum Dranum

Hebd. 11 Sept. 1710

Addictissimus Confrater et Servus
Michael Wilkowski Abbas Brest.

Alia protestatio contra Rndm Mirecki de tenore tali:

In Nomine Dni Amen. Presenti publico Instrumento cunctis pateat
evidenter et sit notum. Quomodo anno à Nativitate Dni Nri Jesu
Xti millesimo Septingentesimo decimo Indictione Romana III Pontifi-
catus Sanctissimi Dni Nri Dni Clementis Divina Providentia Papæ ejus
Dominis XI feliciter moderni Anno Decimo die vero Lunæ trigesima
Mensis Junij. In mei Notarij Publici, testium infrascriptorum pre-
sentia constituti personaliter Religiosi et Admodum Patres Stephanus
Bylina et Benignus Buchowsky Ordis Sancti Benedicti Monasterij Tyne-
censis de Capitulo quod actualiter eodem tempore peragebatur Nomi-
nibus totius Capituli R.R. P.P. et Fratrum dicti Monasterij Professorum
ordinati et missi principales Suo et totius dicti V. Capituli no-
mine comparentes coram me Notario Protestationem infrascriptam
fecerunt et appellationem ad Sanctissimum Dnum Nrum interposuerunt Sub
tenore tali. Coram vobis Notario Apostolico ubi Publico
legali et Authentica persona Vos Patres et Fratres Ordis Sancti
Monasterij et Congregationis Tynecen. Instituti Sanctissimi pro Gene-
li Capitulo hoc tempore celebrari consueto Congregati: quotquot
sumus per exhibitores Presentium de Capitulo Nro Ablegatos
omnes nos representando, habita prima Notitia ex Literis Suæ

tescentialibus à Perillri et Rndmo Dno Michaele Josepho de Wilkow
Wilkowski Divina Vocatione abbate in Hebdow Brestensi Ordinis
Praemonstratens Primi Capituli Congregaonis Benedictinae Praesidente
pro futura Convocatione die Undecima Augusti incidenti Emanatis
de erectione Congregaonis Polono Bened Sub titulo S. Crucis per
Perillrem et Relsum Stanislaum Mirecki Abbatem S. Crucis etiam
Nomine Nostro et ad Mandatum Nrum procurata Suiq Monasterij
Eandem Congregaonem intrantis, et in eadem erectione una cum alijs
Monasterijs descripti, novitate hac rei perterriti, et obstupefa=
cti, gravi cum animi Nostri dolore et perturbaone, omnibus melio=
ribus, quibus de Jure, forma, via stilo possumus ac debemus
modis (salva per Omnia Authoritate S. Sedis et filiali Nro in Omni=
bus Subjectione per quod nec in minimo eidem derogare volumus
et intendimus) Sed jus Naturalis defensionis assumimus, inhae=
rendo anterioribus Protestationibus eo nomine factis, de Nullitate
Cujusvis actus, in quantum opus est taliter nomine Nostro et ad
Mandatum Nostrum Nobis inscijs, nec quidem Sperantibus, sine
Scitu consensu et expresso mandato Nostro praecise quo ad Mo=
nasterium et Congregaonem Nostram Tynecensem una cum omni=
bus Locis Particularibus ad Nrum Monasterium Spectantibus Sub=
secuti et omnes quos opus sit Specialiter Perillrem et Rndum
Dnum Stanislaum Mirecki Abbatem S. Crucis supramemoratum
ex rationibus Suo Loco et tempore inferendis Solenniter protesta=
mur et manifestamur, et à quibusvis inde Secutis gravami=
nibus ad SSm Dnum Nrum Dnum Clementem Divina Pro=
videntia Papam ejus Nnis XI feliciter modernum melius ac
plenius hoc in Negotio informandum, ejusq Sanctam Sedem ap=
pellamus, et recurrimus, Protectioni et tuitioni ejusdem S. Sedis
nos in omnibus Subjiciendo, et de attentatis ac innovatis
attentandisq et innovandis quibusvis Solenniter protestando
Offerentes etc. Salvo etc. Omni etc. Super quo peti=
tum fuit à me praesens Publicum confici et extradidi instrumm.
Acta Sunt haec Tynecijs Anno die Mense quibus supra

Ten.

Praesentibus Nobilibus Francisco Jakelski et Georgio Piszkow testibus ad Praemissa. Et (L. S.) Quia ego Antonius olim Philippi Prospery Publicus S. Authoritate Aplica Notarius Praesentem protestationem et appellationem ad Acta mea Suscepi, omniaq; dum sic fierent et agerent uti pro tunc Syneciy ex ratione grassantis Pestilentiae actu residens vidi et audivi ideo hoc Publicum Instrumm manu mea propria Scriptum et Subscriptum Signoq; Nnē et Cognomine, meis Solitis quibus in talibus Utor communitum confeci et extradidi rogatus et requisitus.

Actum in Praedio Nro Czulovien Anno 1710 die vero 2 Mensis Octobr. Post intimatam novam aliam Citationem à Rndmo Dno Wilkowski Abbate Hebdovien lmi Capli Gnalis Congreg. Polono Benedcti Praesidente, ad Instantiam Instigatoris S. Nuntiatura (sed verius Rndmi Mirecki Abbatis S. Crucis) ad reponendum Decretum immediate per ipsum in Materia Unionis ad Comparitionem Clarissimi et Consultissimi Viri Antonij Philippi Prospery Legitimi Mandatarij Nostri sub die 12 Mens. Sept. Anno quo supra per eundem Rndm prolatum, comparendumq; iterum coram Illmo ac Excellmo Dno Nuntio Aplico, ad quem idem Rndmus Praesidens causam remisit, conclusum est capitulariter, debere expedire praefatum Clarissimm et Consultissimum Virum Dnum Antonium Prospery una mecum P. Benigno Buchowski Notario prout Capituli, pro Observatione termini incidentis, cum mandato seu Plenipotentia Nomine totius Vnblis Capti.

Actum in Praedio Nro Czulovien Anno quo supra die 17 Mensis Novemb. Post regressum ab Illmo Dno Nuntio Aplico, Clarissimi et Consultissimi Viri Dni Antonij Prospery una mecum Notario Capituli, in Causa Unionis, recepta relatione Subsecutorum et Observatorum in S. Nuntiatura, mandatur capitulariter, quatenus Actis ingrossetur Decretum

quod

od Subsequetur.

Anno Dni 1710 die verò 27 Mensis Novemb. Præsentata est pia Decreti sub tenore tali:

„Anno Dni 1710 die verò 12 Mensis Novemb. Illmus et Excellmus Dnus Nuntius Aplicus, Causam distulit ad duos Menses, intra quod tempus Tynecenses docere debent de relevamine à Sa Sede, vel à Sa Congregatione, alias prævia Causæ avocatione et repositione a Decretis mandavit procedi ad Executionem Monitorialium ad formam Brevis.

Eodem die, binæ literæ Romanæ, Dni Patroni Nostri, Fori Spiritualis Advocati præsentatæ sunt, quibus ille denunciat Causam Apellationis Nostræ, in Materia Unionis per nos interpositæ, Vigore Decreti Rndsmi Dni Michaëlis Wilkowski Abbatis Brestens Contus Hebdoviens Imi Capti Gnalis Congregaonis Polono Benedictæ Præsidentis, de data 12 Mens. Septemb., à Ssmo Dno Nro remissam ee, ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium.

Actum Capitulariter in Monasterio Tynecens Anno quo supra, die verò 5ta Mensis Decemb. Adm Rndus Prælatus de hoc ipso supra scripto Decreto de Data 12 Novembris ab Illmo et Rndmo Dno Nuntio Aplico prolato, ex quo in Prædio Czuloviensi plurimi Adm Rndi Patres, pro tunc nobis ex itinere Credeuntibus non erant præsentes, nunc vero omnibus et singulis in Monasterio Tynecensi ad sonum Campanæ congregatis, post plausibilem apprecationem de bona Nostra Valetudine, quod omnes hoc pestiferæ contagionis periculum admiranda Deg, et Degparæ in Capella Nostra Tynecensi Thaumaturgæ protectione salvi evaserimus, relationem dedit, qualiter etiam ab Urbe acceperit, quod Sanctissimus Dng Nr, Causam Appellaonis Nostræ remiserit ad Sacram Congregaonem Epporum et Regularium. Post hæc. Perlectæ sunt literæ R. Pris Thomæ ab Urbe Romana, in quibus favorabile nobis appromisit Decretum ratione Decimarum Węgrzinovicens Causæq; Parochiæ Tynecens. Insuper raone Congregaonis Polono Bend, ex raone sumptus pro his omnibus expediendi

nonnullis ex Adm Rndis Patribus instantibus pro deliberatione fac-
enda maximè Sumptuum expendorum, concludit quatenus hoc
totum suspendatur paulisper ad adventum R Patris Josephi Pro-
teri Prioris qui doceat Communitatem Venerabilem de effectu
harum Decimarum, et Parochiæ Tynecens pro quibus scimus eum
notabiles exposuisse expensas, qui prædictus R Pr Josephus
juxta obloquentiam Capituli Generalis descendat ad Calculationes
coram deputatis ex Mente Celsissimi Principis et ex Parte
Vnblis Communitatis Commissarijs, de Perceptis et expensis per
totum sui Prioratus annum. Sub eodem actu conclu-
dit quatenus a Generoso Ioanne Glowinski concedant 1000
tinfones pro Necessitate Conventus Nostri, et Prælatus immediate in
causis certis ad Celsm Principem discedit. Non deductum ad effectum.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno quo supra die verò
20 Mensis Decemb. Redux à Celsissimo Principe Præ-
latus, mentem Celsissimi erga totum Conventum Nostrum explica-
vit, qui omnes et singulos Salutans, paternè nos cupit in Cha-
ritate fraterna, et Religiosa Observantia habere. Post hæc.
Literæ R P Thomæ ab Vrbe de Data 15 Novemb. perle-
guntur ratione Decimarum Węgrzynoviens et causæ Parochiæ
Tynecensis, pro quarum promovendis Negotijs aureos 50
per cambium requirit. Secundæ etiam literæ ab eodem Rndo
Patre de Data 22 Novemb. perleguntur, in quibus requi-
rit 1mo Documentum Erectionis Ecclesiæ in Gorka 2do Quod
Willa Węgrzynowice a Serenissimo olim Casimiro Polo-
niæ Rege Conventui Nro sit donata 3tio Copiam Au-
thenticam contractus moderni cum Arendatario 4to Dona-
tionem Individualem Decimarum dictæ Willæ Węgrzyno-
wice, ab aliquo ex Rndissimis Episcopis Cracoviens.
Pro ulteriori verò expeditione Causarum petit R P Thomas
cambium transmitti, etiam una cum eodem aliquid
pro sua ulteriori sustentatione. Item perleguntur lite-
ræ Perillrs Dni Siwert ratione R Dris Feliciani,
deinde post superius omnia proposita, concludit quatenus

Sumptus

sumptus necessarij pro causis ad Urbem expediendis provideat, interim de revocatorijs à pluribus Sententiatum quatenus dictus R.P. Thomas ad Conventum redeat. Insuper R. Prem Damascenum et R. P. Carolum de Koscielna Wiesz revocari debere propositum. Sub eodem actu Perlegit Decretum Declarationis Electionis legitimæ, Prioris Tynecensis, à Celsissimo Principe de tenore tali:

Stanislaus in Slupow Szembek DEI et Aplicæ Sedis gratia Archi Eppus Gnesnens, Legatus Natus Regni Poloniæ et M. D. Litt. Primas, Primusq; Princeps, perpetuus Commendatarius Abbas Tynecensis.

Dilectis filijs, Patribus & Fratribus Ordis S. Bendti Monasterij Tynecensis Professis Salutem in Dno. Noverint, quia nos pro rato habentes Electionem Religiosi et Adm Rndi Patris Mauri Rubinkowski in Priorem præfati Monrij, noviter in Gnali Capto, sub Præsidente Nostro celebrato, subsecutam, eandem authoritate Nostra Abbatiali confirmandam esse duximus, uti quidem confirmamus, et si qui defectus circa eandem irrepserint, eadem Authoritate Nostra supplemus, ipsumq; Priorem Legitimum eè declaramus. Volentes, admonentes, ac serio præcipientes et mandantes, ut illi tanqm suo Legitimo Superiori, in Omnibus quæ spectant ad bonum regimen dicti Monasterij reformationem morum disciplinam religiosam & Observantiam Regulæ Sanctæ et Constitutionum pareant et Obediant. Ad quem finem damus Eidem facultatem Officiales dicti Monrij et aliorum, si qui Officijs suis non satisfecerint, vel in ijs deliquerint, aut eorum ex causa legitima sint incapaces, simul cum Vnbli Capto mutandi, amovendi, et alios in Locum ipsorum Capaces et idoneos substituendi et designandi, aliaq; quæ spectant ad Jurisdictionem Prioris faciendi et exequendi. In quorum fidem præsentes manu propria Subscriptas, sigillo Nro communiri jussimus.

Datt in Claro Monte Czestochoviensi Die Decima Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo

(L.S.)

Stanislaus A. G. Primas Abbas Tynecensis
Jacobus Strykowski Publicus Fa Authoritate
Aptica et Suae Celsitudinis Notarius
mpp

Sub eodem actu. Supplicantibus nonnullis ex Adm Rndis Patribus pro parte R Pris Bogumili, qui hucusq; suspendebatur, expectans ab ipsa 23 et 25 Mensis Aprilis Decretum, Et licet 20 Mensis Junij hoc ipsum Decretum à paucis fuisset latum, ex quo tamen non omnes aderant; ideo uti non approbatum ipsi dicto R Patri Bogumilo non fuit perlectum. Nunc autem facta pro eodem R Patre mentione, et interveniente supplicatione, et ipso se coram tota sessione humiliante, concluditur, quatenus dictus R Pater tantisper ad Sacrificum Missae admittatur, donec secundum obloquentiam Punctorum à Rndo Pre Gregorio 25 Mensis Aprillis propositorum Decretum feratur in judicio futuro.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1710 die vo 29 Decemb. Sub quo praesentibus omnibus protunc Rndis Patribus, proposita est Citatio A. Rndi Patris Prioris ad Subsellium Illrmae Nuntiaturae ad Instaam Rndmi Carolomani Abbatis Trocensis, qui nullitatem Actus Electionis Prioris Tynecensi objecit. Concluditur quatenus Celsissimi Principis Abbatialis authoritas interponatur, ad Sacram vo Nutiaturam indiferenter scribatur ne videamur nos subjicere. Ad Rndm autem Trocensem Monitorium simplex mittatur,

Sub eodem Actu Calculatores in Gnali Capto deputati, pro excipiendo suo Officio assignantur. Item de necessario sumptu pro causis expediendis proponitur.

Sub eodem actu à Rndmo Lamberto Klönn Abbate Orloviense, mille tinfones, cum restitutione Eidem Rndmo ad

omnem

omnem requisitionem, Conventus mutuò concedit. His soluta sessio.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1710 die verò 1 Decemb. quæ erat ultima Mensis et anni hujus. A R Prælatus ad novi anni exordia novum Omnibus et singulis ad sonum Campanæ congregatis, in Vetustate Legis apprecans progressum, ex Mente Celsissimi Principis, qui literaliter desiderat omnes et singulos in Charitate et doctrina unum Spiritum habere, capitulariter assignavit duos Rndos Patres Lectores pro erudiendis Fratribus Junioribus. Pro cursu Philosophico R. Prem Eustachium Cziernsky; pro Lectione Theologica P. Benignum Buchowsky, quos quidem assignatos Venerabile Capitulum acceptavit et confirmavit. Religiosis verò Fratribus diligentiam recomendavit et frequentiam in Lectione. Item de Idoneo in Locum R Patris Justi nuper in Gnali Capitulo è Capellania Tuchoiensi ad Officium Magisterij vocati, mittendo Capellano proponit. Declaratio conclusionis mittendi ejusmodi Capellani suspenditur ad futuram Sessionem. Sub eodem Actu in causa Conventus R P. Martinus Vice Procurator cum P. Benigno Varsaviam mittuntur.

Incipit Annus 1711.

Actum in Monrio Tynecensi Anno 1711 die vero 28 Januarij. Perlectæ sunt literæ a Rndmo Dno S. Nuntiaturæ Auditore. Exposuerunt etiam A R Patres Ablegati reduces, qualiter A. Rndi Patres Tynecenses delati sint in Sacra Nuntiatura. Concludit ~~quatenus~~ de ejusmodi delationum Personis indagandum ee. Insinuavit insuper A R P Prior qualiter G. Dnus Squarczynski 3000 florenorum, ~~quam~~ Conventui Nro concessit sub Prioratu A Rndi Pris Theodori Zielonacky et A P Pris Josephi. Concluditur quatenus de ejusmodi Summa, Prædicti Rndi Patres Vblem Communitatem ~~instanter~~ doceant. vide inferius 15 Junij 1711.

Actum in Monasterio Tynecensi in Cella A Rndi Patris Mauri Rubinkowsky Prioris et Custodis Tynecensis Anno Dni 1711, Die verò 25 Februarij præsentibus Adm Rndis Patribus, Stephano Bylina Sub Priore, Guilhelmo Decano, Gregorio, Fausto, Florentio, Basilio, Eustachio, meq Benigno Notario. Proposuit Adm R. P. Prior

qualiter Generosus Dnus Jarecki, pro ulteriori Arenda concurrat, quia
ro sub uno Contractu duas villas Warzyce et Chrząstowka huc
administravit, ideo praedictus Gnsg Dnus Jarecki petijt pro una so
lum Contractum, pro altera vero, in Personam D. Fratris sui, si Vnbli Capi
tulo videbitur. Igitur in hac privata sessione, Rndus Pater, Stepha
nus Subprior, R.P. Guilhelmus Decanus, R.P. Gregorius pro parte affir
mativa sententiam posuerunt. Caeteri verò Adm Rndi Patres pro tunc
praesentes, vota sua non dederunt. P. Benignus id fieri non posse
asseruit, inhaerendo anterioribus Capitulis in quibus saepissimè conclu
sum fuit, ne Bona nostra administrentur per Saeculares Personas.
Quare plena conclusio non inscribitur huic Actui.

Actum in Monrio Tynecensi, in Cella Adm Rndi Patris Prioris
Anno Dni 1711. Die verò 26 Februarij, Praesentibus Adm
Rndis Patribus, Stephano Subpriore, Guilhelmo Decano, Gregorio
Fausto, Josepho, Meqz Benigno Notario, et Eustachio. Genero
sus Dnus Gawronski Administrator in Siedliska, praesenta
vit praetensiones, ipsi à Conventu Nro Solvendas, juxta char
tam Praeteritorum Priorum Tynecensium manu propria consi
gnatam, quam Summam quia ad requisitionem seu postu
lationem dictorum A Rndorum Priorum praefatus Generosus Dnus
exposuit, ideo à praesentibus Adm Rndis Patribus conclusum
ut ipsi dicta Summa restituatur à Conventu Nro, aut
si Vnbli Capitulo visum fuerit, ipse praefatus Generosus
Dnus eam Summam sibi recipiat ex Ulteriori Arenda
Contractum nihilominus ipsi dicto Generoso Dno, nonnulli ex
Nostris, Adm Rndis Patribus dederunt, sine consignatione
Notarij Capituli, et Procuratoris Causarum.

Actum in Monasterio Tyn. in Cella Adm Rndi Patris
Prioris Anno Dni 1711. Die verò 2 Martij, praesentibus
Adm Rndis Patribus, Stephano Bylina Subpriore, Guilhelmo
Decano, Gregorio, Fausto, Basilio, meque Benigno Notario,
et Eustachio Lectore Philosophiae, Adm Rndus P. Prior conside
rans continuam ruinam Ecclesiae et Monasterij, de assignan
do Fabricae Praefecto, qui à Generali Capitulo huc usque

desi=

sideratur proposuit. A.R.P.P. Stephanus Subprior, Guilhelmus Decanus Benignus, Eustachius pro persona Rndi Pris Gregorij Sententias tulerunt. Admi Rndi Gregorius et Basilius ad libitum Superioris id posse fieri asseruerunt. Adm R.P. Faustus sine formali per secretos calculos id fieri non posse dixit, ut ejusmodi Electio non servata praxi instituatur.

in Stupow Szembek Dei et Sanctae Sedis Apticae gra. Archiepiscopo Gnesnensi Legato Nato Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae Primati, Primoque Principi Abbati Regij Conventus Tynecensis, humillimam Obsequiorum Nostrorum submissionem.

Religiosissimo et Admodum Rndo in Christo Patri et Domino Dno Mauro Rubinkowski Priori et Custodi, nec non toti Sacratissimae Congregationi Celeberrimi ac Regij Conventus Tynecensis Ordinis Sancti Benedicti, devinctissimam animorum et Officiorum nostrorum propensionem.

Id unicum in Votis, peculiare in desiderijs, hucusque Conventui Nostro Lubinensi fuerat, quatenus moribus antiquis laudabilissimis, et Sacerrimo Patrum Nostrorum ab utrinque instituto inhaerendo, Sacra Philadelphia, hosce inter Conventus Nostros fundata et à tot saeculis firmata inviolabiliter semper ac intemerate conservetur. Itaque ut in praesenti turbulento Monasteriorum Polono Benedictinorum Statu, quem ventus urens à Monte Calvo, miro nisu comovit, et à fundamentis quassare nisus est, et per fortia spiramina nititur, uniformi consilio, voto et Stipulata manu, facto ad eum effectum per nos ad Sanctissimum Dominum Nostrum, ejusque Sanctam Sedem Apticam recursu consulamus, et innexi triplici charitatis fraternae funiculo, funes Servitutis injectae per attentata gravamina evadamus: Nos praehabito maturo Capituli Nostri uniformi Sensu et Consensu, de medio Nostri ad communicanda mutuo consilia, et ad habendum eo fortius quia Unitum animorum vinculum, destinandos ac deputandos esse duximus, tam ad Celsissimum Principem Archi Episcopum Primatem Patronum et Protectorem Nostrum Clementissimum, quam et ad Sacerrimum Archicoenobium Regium Tynecense, prout et defacto designamus et deputamus Religiosos et Admodum Rndos in Christo Patres Nicolaum Lochacz Praepositum Jezoviensem, et Franciscum Dobronski Decanum Seniorem Conventus Nostri Professos. Supplicantes quatenus hocce in Negotio uti praejudicioso Juribus et Monasterijs Nostris unitavi et virtute consilia communicare dignentur, et in herba adhuc pullulanti malo, Stipulata manu radicem necdum approba-

tione

ione Sanctæ Sedis Aplicæ firmatam evellere. Quod dum sub pallium et protectionem Celsissimi Principis Archi Episcopi tum et sinum gratiæ Fraternæ Sacri Archi Coenobij consignamus, simul in meliorem fidem et robur præsentium signamus sigillo Majori Conventus Nostri cum subscriptionibus Manuum Nostrarum in Conventu Lubinensi, hac die vigesima mensis Julij. Anno Dni Millesimo Septingentesimo Undecimo. Pr Petrus Ossowski, Prior Conventus Lubinensis mpp Pr Paulus Lukowski Vice Prior Conventus Lubinensis mpp P. Joannes Piątkowski OSB mpp. P. Mattheus Dlugowiecki OSB Prof. Lubinensis mpp P. Columbanus Ichr Custos mpp P. Sigismundus Baumfelt Secretarius Conventus Lubinensis suo et totius ejusdem Contus Nne mpp. Postquarum quidem literarum tenorem producta sunt etiam pari stilo et affectu, desideria Adm Rndorum Patrum Mogilnensium Ordinis S. Patris Nostri Bendti Congregationis Cluniacensis nobiscum juxta antiquam philadelphiam uniri desiderantium: ac immediate Admodum Rndi Patres Conventus Lubinenses ablegati, et in Monasterio Nostro præsentes rogati sunt per Adm Rndos Patres Nostros Justum Machulik Vice Priorem et Magistrum Novitiorum et Gregorium Zaykiewic Decanum et Fabricæ Præfectum, ad Venerabile Capitulum Nostrum, qui personaliter accedentes in primis Venerabili Capitulo Nostro gratias agentes quod juxta antiquam Philadelphiam sub Congregatione Cluniacensi uniri Monasterium Lubinense OSBendti et alia Monasteria olim dependentia ab Archi Coenobio Nostro, in votis habeamus. Exposuerunt interim gravamina et præjudicia sua ex erecta Congregatione Polono Benedictina conquerentes contra Perillrem et Reverendmum Mirecki abbatem S. Crucis Congregationis ejusmodi Generalem Præsidem, ac immediate conclusum, quod velimus junctis manibus et communicatis consilijs, pro defensione et conservatione Nostra certare et apud Urbem agere, verum tamen cum Scitu Celsissimi Principis Archi Eppi Primatis Regni nec non abbatis Nostri, et prævia informatione Jurisperitorum Romanorum Causarum in foro Spirituali Patronorum Nostrorum et Advocatorum.

Lubeodem Actu Adm Rndus Pr Maurus Rubinkowski Prior et Custos Tynecensis proposuit, quod à Rndo Patre Romano

volunt ut profatorum Admodum Patrum desiderio ad felicissimum Prioris abbatem nostrum remittantur.

Actum in Monasterio Tynecensi anno Dñi 1711. Die vero 30 Mensis Julij Congregatis ad sonum Campanæ Admodum Patribus Mauro Rubinkowski Priore et Custode Tynecensi, Theodoro Zielonacki Suppriore, Justo Wachulik Subpriore et Magistro Novitiorum, Wilhelmo Czerniewski, Gregorio Zaykiewicz Decanis, Fausto Małkalki Cantore, Florentio Garnawski, Francisco Galeski Provisore, Coelestino Sieradzki, Paulo Wysocki, Basilio Leszyński, Stanislao Wolsztyński Procuratore causarum, Sozepho Laczyński Præposito Infirmorum, Benigno Bukowski Lectore Sacræ Theologiæ Moralis, Eustachio Okienski Philosophiæ Lectore. Producta sunt literæ à Conventu Admodum Patrum Lubinensium Ordis S. P. N. Benedicti per duos Admodum Reverendos Abbates Nicolaum Lochar Præpositum Sezoviensem, et Franciscum Dombrowski Decanum, Professos ejusdem Conventus Congregationis Curiacensis Supplicantium pro liberatione à Congregatione Polono Benedictina et Vestro Archi Coenobio Tynecensi sub Congregatione Curiacensi unitis postulantium, ex multis et maximis gravaminibus Reverendissimi Archimandritæ Stanislai Mirecki Ord. S. Bened. Abbatis Calvomontani Congregationis Polono Benedictinæ, Generalis Præsidis de tenore tali:

Perillustres Celsissimi ac Admodum in Xto Patres et Admodum Fratres Nostri Colendissimi.

Wyznawszy nasze dobrze incommoda, że nie rzadko złoto, co się świeci częstokroć pod udatnym dobrej pozorem, nie lada tai się ypokrzywa złego poczwara, formosaque latet sub cortice virus. Y same chodz z złotego metallu spojone ogniwa, ciężkimi iednak nie raz żelaznej niewoli brzemiona, ięzkami, aurea vinula licet, sed grave pondus habent. Tak wymorzona przez Jego Mć Mireckiego Opata Swiętokrzyskiego u Stolicy Apostolskiey Konwentow Polskich Unia, pod powabnym exkulacyey ichze ex jurisdictione Loci Ordinarionum pretextem, ciężkie y niezasmierzone zarzuca nexus, pod udatnym kolwiek erectionis studiorum impraticabilis transportationes et mutationes Subjectorum pro libitu et impetu suo, citra sensum et con-

sensum

sensum Conventuum, contra verò expressum Stabilitatis loci votum wnosi, pod
prozorem Wizytij y Prezidentiey, liberas hucusq; electiones Superiorum
znosi, pacatissimum Monasteriorum Statum perturbat, et exacta gra-
vamina ponit: A co naywiększa z Samychże fundamentow
Wzruszk y rainuie cardinalissima onychże dwa, constitutiones
Consuetudines laudabilissimas ab immemorabili tempore observatas.
Czego oczywistym dowodem na sobie doznawszy Konwent nasz
ad Sanctissimum Dnum Nostrum recursum uczynił, a żeby bardziey à
presuris speciali gratiâ et favore Sanctæ Sedis Apostolicæ subleva-
ri mogł. Unicum porro est nieszczęście, a żebyśkiedy WMciowie
MPanowie in simili pro immunitate Praw swoich w Rzymie destinati
in communicationem consilium y nas Braci swoich dawnich świętey
Philadelphiey obowiązkiem złączonych przyjąć chcieli. Postulamy eum ad
effectum de gremio nostri Patres Reverendos præsentium exhibitores, ktor-
zyby te które nas premunt mala exponant, à oraz imieniem wszytkich
nas uprosili WMciowie Panow a żebyście vota tua, votis Nostris consi-
lia conferre (póki ieszcze desuper beneplacitum et approbatio nie zajdzie)
jungere chcieli wszak sumptibus debitis, bez ktorych wtakiey sprawie
być niepodobna de congruo cooperari zechcemy. Tuszemy że Fundato-
rer, Patronimi WMciowie MWMPanow Archiepiscopi Clarer
simum nam fraterni affectus, a ztąd in conservandis juribus nostris
optimæ spei adita patebit, et cybratus nuro Gordium nodum
ktory iuż lassis cervicibus à Fide in jectus zostaie rescindet.
In cetum zaś Braterskich uprzeymości naszych nie rozerwanych
ludzie y Unicy tych Konwentow z obopolney, to unanimi Wszytkich
nas contestor et subscribo voto, że na zawsze zostawam Perillustri-
um Religionis simarum et dobr Pnjdnim Brackim Wasz. Dedicis-
simus in Chro Fr et humillimus Servitor F. Petrus Ostrowski
Prior, suo et totius Conventus Lubinensis Nomine OSB. Congreg. Lunia-
censis. Datt. in Conventu Lubinensi Anno Dni 1711. Die 26
ztia July.

Obedientiales à Conventu Lubinensi Obtendi
ad Celsissimum Principem Primatem Rex abbatem Lyncensem
et ad Capitulum Lyncense.

Celsissimo, Illmo ac Rndmo Dno Dno Stanislao

Wmm Panstwa zapisuje ochot będąc na zawsze Devillustrium Religiosissimarum et Rdm Andream Jnachum Oestrarum Promptissimus ad Obsequia Servus, ac Addictissimus Frater P. Marcus Rubinkowski Ord. Sanctissimi Patris Mri Benedicti Prior et Custos Typeciensis mpp

Actum in Monasterio Typeciensi Anno Dni 1711. Die vero 12 Mensis Augusti. Congregatis ad Sonum Campanæ Rdm Andris Patribus Marco Rubinkowski Priore et Custode Typeciensi, Justo Mathulik Subpriore, Gulielmo Cierniewski Decano, Joachim Korzynski electo Præposito Tuchoviensi, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tarnopolski, Paulo Cojtak, Basilio Lewynski, Josepho Pacynski Præposito Infirmorum, Benigno Buchowski Notario Capli Eustachio Cierpiki Philosophiæ Lectore, nec non Religiosis Fratribus Bernardo Glinski, Hyacintho Posadowski Diaconis, Gerardo Mellowski Matthia Sieroński Subdiaconis, productis simul literis Reverendissimi Casimiri Mirzlynski abbatis Procensis, ingressibus præfatur Rdmus exposuit militarem ibidem oppressionem, nec non invitatorem ad Congregationem Polono Benedictinam. Post hæc productæ sunt etiam literæ à Rdo Patre Romano Zawadski, in quibus expositum est qualiter ab Illmo Dno Nuntio Apostolico emanaverint Jnnotescentiales in Ordine ad visitandum Monasterium Procense per Visitatorem Congregationis Polono Benedictinæ ad instantiam Rdissimi abbatis Sanctæ Crucis: Jnterim facta est propositio ab eodem Rdo Patre Priore circa eligendum Visitatorem tam Monasterij Procensis qm Præposituræ Kosciolensis et Uniejowiensis, præsentandum Celsissimo Principi Illmo et Rdmo Dno Primati Regni abbati et Protectori Nro Clementissimo, quod Sancta lite cum Rdmo abbate Sanctæ Crucis Congregationem Polono Benedictinam, Monasterium Procense regniat visitari ab ejusmodi Congregatione quod quidem Monasterium incorporatum est Archicœnobio Nro Typeciensi, atq; immediate pertotam est pro reassumenda Persona Rdi Patris Gulielmi Cierniewski Decani Anni 1710 canonicè electi Visitatoris locorum particularium, de Sociorum ejusmodi meritis, Rdo Patre Eulgentio vel aquem Celsissimus Princeps Illmus et Rdmus Abbas Typeciensis destinaverit consulsum.

Sub eodem actu de mittendis Patribus pro residen-

tia

tia Tuchovian, proposita, Sententiatorum Fratribus Fausto Mastalisky Cantore, et Basilio Lesynski, Coelestino Sieradsky vel ad libitum Superioris.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1711. Die vero 21 Mensis Augusti. Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rdis Patribus Mauro Rubinkowsky Priore et Custode Tynecensi, Justo Machulik Subpriore, Guilhelmo Decano Florentio, Coelestino, Basilio, Benigno Notario Capsky Eustachio Philosophiae Lectore. Propositum est circa Privilegium Sculteti in villa dicta Lyszky, à Celsissimo Principe Illustrissimo et Rndmo Dno Primate Regni, Abbate et Protectore Nro Clementissimo, in favorem Clarissimi Dni Antonij Prospery datum Nobili Dno Charsky, cum quibus inter utrasq; partes de possessione ejusmodi Sculteticae compositum, Supraquod stetit consensus Nobis Capli, et confirmatio cum Subscriptionibus et appositione Sigilli Monij Nri Tynecensis.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1711. Die vero 30 Mensis Augusti, Adm Rndus Pr Maurus Rubinkowsky Prior et Custos Tynecensis convocatis Adm Rdis Patribus Justo Machulik Vice Priore Tynecensi, Guilhelmo et Gregorio Decanis Eustachio Philosophiae Lectore, Benigno S. Theologiae Morali Lectore nec non Notario Capituli, exposuit qualiter Nobilis Dnus Benedictus Trepka testimoniam exposcat suae professionis fidei quam apud nos publico in Ecclesia Nostra solenni voto emisit, ac immediate prosatus Nobili Dno Benedicto Trepka extradatum est de tenore tali:

Pater Maurus Rubinkowsky Ord S Benedicti
Conus Tynecen Prior & Custos

Universis et singulis quorum interest praesentes lecturis Salutem in Domino & copiosam Creatoris Coeli & terrae benedictionem. Notum facimus praesentibus Generosum Dnum Benedictum Nekanda Trepka ultra et suapte sponte ad nostrum Conventum Tynecensem accessisse, ea solum de causa ut Deum à Christi Ovili errabunda per Pascua Lutherana (quae reficere eam non poterant) toto anteacta vitae decursu vagabunda, Gregi Dominici Pastoris (qui Ecclesia Catholica est) aggregari potuisset. Videlicet itaque justam & Sanctam

postulationem, fervorem ac veræ fidei desiderium, annuimq Votis ejus, eumquè errores Lutheri, publicè in Ecclesia revocantem ac anathematizantem, Sacræ Romanæ Ecclesiæ reconciliavimus, et Communionis Sanctorum fecimus participem, nec non ab hæresi, qua tenebat, à Sede Divi Petri Apostoli, ac ejus Vicario nobis traditâ potestate absolvi curavimus. In quorum fidem præsentes manu Nostra Subscriptas, Sigillo Contus Nri communiri fecimus. Datt in Contu Nro Tynecensi Die prima Septembris. Anno Dni Millesimo Septingentesimo Primo.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1711. Die verò 15 Mensis Septemb. Congregatis ad sonum Campanæ Adm Rndis Patribus Justo Machulik Subpriore, Ildephonso Trzemeski Decano et Seniore Patre, Gregorio Zaykiewic Fabricæ Præfecto, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tarnawski, Francisco Zaleski Provisore, Servando Diskorski Basilio Lezynski, Stanislao Wolsztynski Procuratore Causarum, Josepho Paczynski Parocho Tynecensi nec non Præpto Infirmorum, Benigno Bochowski Notario Capituli et Lectore S. Theologiæ, Eustachio Czernski Philosophiæ Lectore, personaliter adveniens R. Pr Zephyrinus Jezerski Vicarius abbatiæ Orloviensis attulit literas ab ipso Rndmo Lamberto Klonn abbate Orloviensi in quibus expositum fuit qualiter præfatus Rndmus Orloviensis repetat ~~[illegible]~~ mille tinfones quos Conventui nostro Anno 1710 die vero 29 Decemb. concessit, item sumptum pro Subsistentia et Sustentatione tam sui ipsius qm etiam Vicarij sui. Ex parte Sententiatum pro providendo ipsi Præfato Abbati Orloviensi, sumptu, ex parte etiam negativè, præsertim cum præfatus Rndmus Orloviensis ante electionem se obligaverit proprio sumptu se ipsum sustentaturum. Adm Rndus Pr Maurus Rubinkowski Prior et Custos Tynecensis auditis Sententijs Adm Rndorum Patrum conclusit quod non denegabit præfato Rndmo Orloviensi dummodo viderit industriam ipsius circa vindicationem Bonorum.

Sub

Sub eodem Actu Adm Rndus Pr Zephyrinus Jezerski exposuit qualia restituenda maneant debita à Conventu Nro, contracta per pie defunctum R Dnum Gaudentium Lipnicki Abbatem Orloviensem. Item revocatorias ad Conventum humiliter expostulavit. Sed ejusmodi postulatio suspensa e ad futuram Sessionem.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1711. Die vero 22 Sept. Convocatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus, Justo Machulik Vice Priore et Magistro Novitiorum Gregorio Zaykiewic Fabricae Praefecto, Martino Barthon, Fulgentio Krigowski, Florentio Tarnawski, Fausto Mastalski Cantore, Francisco Zaleski Provisore, Servando Diskorski, Stanislao Wolsztynski Procuratore Causarum, Josepho Paczynski Praeposito Infirmorum nec non Parocho Tynecensi Benigno Buchowski S. Theologiae Lectore nec non Notario Capitali, nec non Religiosis Fratribus Bernardo Glinski Hyacintho Poradowski Diaconis Gerado Mellowski Benedicto Baszynski Subdiaconis. Adm Rndus Pr Maurus Rubinkowski revocatum Rndum Patrem Fulgentium Krigowski de Tuchoviensi Capellania, suscepit in gremium Nostrum. Post haec demandavit et descendit ad Electionem Praepositi Infirmorum, et observatis solita praxi per secreta suffragia in personam A R Patris Justi Machulik uno, in personam R Patris Florenti uno, in personam Rndorum Patrum Fausto et Stanislao uno, in Personam vero Rndi Patris Fulgentij Krigowski duodecim votis, additis quoque duobus A Rndi Patris Prioris, ~~Ad~~ R Pr Fulgentius pro legitime Electo agnitus est.

Sub eodem actu descendit ad Electionem Sacristae, et observatis suffragijs, in personam Rndi Patris Martini Barthon evenientibus decem additis duobus A Rndi Patris Prioris caeteris vero Rndis Patribus Florentio et Stanislao per duo habentibus nec non Rndo Patre Gregorio per unum, Adm Rndus Pr Martinus Barthon pro legitime electo publicatus est.

Sub eodem actu A R Pr Prior proposuit qualiter R Pr Stephanus, horologium Communitatis proprio ausu ad reparandum

dededit, et qualiter illud possidere intendat, quæritque utrum hoc fecerit cum scitu Communitatis. Quoniam autem præfatus R. Pr Stephanus huccusq; privatus maneat voce activa et passiva ab ipsa die 27 Aprillis Anni 1711. consilium requirit ad ad activam et passivam vocem admittendus nec ne? Similiter de R Pre Bogumilo ab ipsa die 23 Aprillis Anni 1710. suspenso, utrum etiam ad activam et passivam vocem admittendus. De Rndo Patre Stephano conclusum ut horologium reddat et reponat ad Sacristiam. In reliquo tam de Rndo Pre Stephano ym de R Patre Bogumilo Sententiatum et supplicatum eos admittendos esse ad vocem activam et passivam.

Sub eodem actu mentio habita ratione R Pris Fabiani Guttskij in carcere ab ipso die 12 Martij Anni 1711. detenti quatenus duo ex Reverendis Patribus ipsum adeant, consolentur, et moneant ut abstineat ab omnibus murmurationibus, et dignoscant an vertiginem capitis an aliquam malitiam habeat.

Sub eodem actu de mittendo aliquo Rndo Patre Tuchoviam in locum R Pris Fulgentij propositum.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni. 1711. Die vero 3 Octobris, congregatis ad Sonum Campanæ Adm Rndis Patribus, Justo Machulik Vice Priore et Magistro Novitiorum, Gregorio Zaykiewic Fabricæ Præfecto, Martino Barthori Sacrista, Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum, Fausto Mastalki Cantore, Florentio Tarnawski, Francisco Zaleski Provisore, Benigno Buchowski S. Theologiæ Lectore nec non Notario Capituli, Eustachio Ciernski Philosophiæ Lectore, Adm Rndus Pr Maurus Rubinkowski Prior et Custos Tynecensis præsentavit quandam submissionem R Pris Fabiani ad Venerabile Capitulum conscriptam de tenore tali.

Ja niżej podpisani daję te submissią w ręce Przewielebnego JmX. Maura Rubinkowski Przeora Tynieckiego

y

y obliguiesię zadnemu tam ex Rndis Patribus, iako et Religiosis Fratribus zadnego Dekretu, albo Infamij, albo tez Calumnij nie zadawac, poniewasz ztąd wielke motus w Klasztorze pozachodzily, a com kolwiek uczynił, wszytke te objectię invaliduię, anihiluię. y Kassuię, tylko tym skryptem sobie waruię y upraszam, aby Zaden tam Reverendus Pater, iako tez et Religiosus Frater nie zadawał mi takiech ze Kalumnij, gdyz Kazdy Ksiądz y podciwy Zakonnik powinien honoru swego bronic, y sam Christy Pan odpowiedział, si male dixi des testimonium de malo. si bene cur me cedis. Przepraszam tedy Perillm et Adm Rndum Patrem Maurum Rubinkowski et redeo ad Patrem quasi ovis quae perierat, et alios Rndos Patres przepraszam, Ktorych in Venerabili Capitulo Tynecensi obrazyłem, Decreta ferowane zarzucał, y daię na sobie vadium take ze gdy bym miał Perillm et Adm Rndo Patri Mauro Rubinkowski Priori et Patri meo et alijs Rndis Patribus te Calumnie y Decreta zarzucac tedy osadię sie sam y obliguesię pusc do Carceres cum hac clausula zeby mi X Faust nie służył bo tez jusz stary. Teraz supplex provolvor ad pedes Kazdemu et imploro misericordiam, abym mogł z tak Ciękiey bidy wyniść. Naco dla lepszey Wiary y pewnosci ręko swoią podpisuię. Działosie w Tyncu die Tertia Mensis Octobris. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Undecimo. X Fabian. Gucki Ord Sstendi Conty Tynecensis Presbyter Professus. mpp

Post quam auditam propositionem conclusum ut Rndus Pr Fabianus, è carcere recipiatur, et ad gremium Nostrum suscipiatur. Posthac praefato Rndo Patri Fabiano ad Capitulum vocato ARPr Prior caput Regulae Sanctae de Excommunicatione majori perlegit et quod si se non emendaverit sciat se denuo carcerem subiturum. Locus autem ipsi inter Fratres assignatus est ut stet in loco Diaconi, donec notabilis ipsius emendatio appareat.

Sub eodem actum ARPr Prior demandavit ARRndis Patribus Florentio et Francisco, quatenus ex ipsorum persua-

sione, Illustrissimus et Magnificus Dominus Brzechwa Capitaneus Krzeczensis velit suas res ex Residentijs Nostris exportare quas cum consensu Venerabilis Capituli Nostri depositas habet. Acta sunt haec in Monno Tynecensi Anno Mense [illegible] quibus supra. P. Benignus Buchowski Notarius

Actus Visitationis Monasterij Tynecensis Ordis Sti Benedicti, sub felicissimo regimine Celsissimi Principis, Illustrissimi et Reverendissimi Domini, Dni Stanislai in Slupow Szembek Dei et Aplicae Sedis gratia ArchiEpiscopi Gnesnensis, Legati Nati Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae Primatis Primique Principis, Perpetui Commendatarij Abbatis Tynecensis. In Nomine Domini Amen.

Cunctis pateat evidenter et sit notum. Quomodo Anno a Nativitate Dni Nri Jesu Christi Millesimo Septingentesimo Undecimo, Indictione Romana IV, Pontificatus Sanctissimi Dni Nri, Dni Clementis, Divina Providentia Papae, eius Nominis Undecimi, feliciter moderni, Anno ipsius XImo, Die Vero Martis, Vigesima Mensis Octobris. Celsissimus Princeps Illustrissimus et Rdmus Dnus, Dnus Stanislaus in Slupow Szembek, Dei et Aplicae Sedis Gratia ArchiEpiscopus Gnesnen, Legatus Natus Regni Poloniae et M. D. Lithvaniae Primas, Primusq Princeps, Perpetuus Commendatarius Abbas Tynecen. inhaerendo iurisdictioni Suae in temporalibus et Spiritualibus Monasterij Tynecen Ordis Sti Benedicti, pro Pastorali Sollicitudine Visitationem dicti Monasterij, tam internam quam externam realem et Personalem intimaverit. cuius Tenor talis.

Stanislaus in Slupow Szembek Dei et Aplicae Sedis Gratia ArchiEpiscopus Gnesnen Legatus Natus.

Regni

Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ Primas Primusq
Princeps; perpetuus Commendatarius Abbas Tynecensis. Religi
osis et Adm Rndis Rndis Patribus et Fratribus Priori Subpri
ori, totiq Venerabili Capitulo Monasterij Tynecen Ordis Sti Be:
nedicti Nobis in Christo dilectis Salutem in Dno et Paternam Be:
nedictionem. Nouerint Paternitates et Fraternitates Vestræ. Quia
Nos pro Pastorali sollicitudine disciplinæ Ecclesiasticæ, Sicubi colla:
psa hac temporum calamitate reperitur, instaurandæ causa, dispo:
sitis per totam Archidiœcesim Nostram Gnesnen Visitationibus,
in id quoq Animum Nostrum publicis Ecclesiæ et Reipublicæ cu:
ris intentum, ex commisso Nobis a Sancta Sede Apostolica
Abbatiali munere cum ea qua par est diligentia conuertimus, ut ad
bonum Regimen Nobis concessum tam in Spiritualibus quam tempora:
libus dicti Monasterij Nostri Tynecensis et præcipuæ ad Obseruantiam
disciplinæ Monasticæ diligenter omnino Superintendamus Quapro
pter inhærendo Iurisdictioni Nostræ a Prima Possesione huius
Abbatiæ Tynecen practicatæ, Visitationem eiusdem Monasterij No:
stri Tynecen internam et externam realem et Personalem per Nos
iuxta præscriptum Sacrorum Canonum expediendam Paternitatibus
et Fraternitatibus Vestris indicendum et intimandum esse duximus
uti quidem indicimus et intimamus in Dei Nomine. per præsen:
tes pro Die Martis, quæ erit Vigesima Anni et Mensis curren
horis Canonicis inchoandam et Successiuè continuandam. Requiren:
tes Paternitates et Fraternitates Vestras tam coniunctim quam
diuisim, ut omnia quæ ad Obseruantiam Regularem et laudabilium
Monasterij Constitutionum necessaria expedire indicauerint ea in
promptu pro die Supra assignata habeant et Nobis circa Visitati:
onem deferant. Nos enim, quæ in laudabili obseruantia iuxta Re:
gulam et Constitutiones existunt manutenenda, quæ ad meliorem Spe:
ctant Ordinem corrigenda et instauranda Deo dante constituemus.
Statum formam Regulam Instituta Regimen et Consuetudines
Vitam, mores, ritum Disciplinam tam in Capite quam in membris

diligenter examinabimus Bonorum Conuentualium rationes et dispo:
sitiones ac Calculationes a quibus debentur, expediendas, qualita:
tesq; ipsorum recognoscendas, aliaq; in Similibus fieri Solita exe:
quenda demandabimus Non obstantibus. Et In quorum fidem hasce
Manu propria Subscriptas Sigillo Nostro communiri iussimus. Datt.
in Residentia Abbatiali Nostra Tynecensi Die Decima Octaua Men:
sis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Undeci
mo. Stanislaus Szembek Archiepus Gnesnen Primas Abbas
Tynecen mppa Vigore quarum literarum Innotescentialium di
ctus Celsissimus Princeps, die hodierna pro celebrando Sacrificio
Missæ de Spiritu Sancto ad Ecclesiam Tynecensem Conuentualem
descendit, et celebrato finitoq; Sacrificio, pulsari pro Capitulari
Rndorum Patrum et Fratrum Congregatione demandauit, Congre:
gatisq; ad Sonum campanæ ad locum Capitularem Rndis Patribus
Justo Machulik Vice Priore nec non Magistro Nouitiorum Ildephon
so Trzemeski Seniore Patre Gregorio Zaykiewicz Fabricæ Præ:
fecto, Bogumilo Micielski Stephano Bylina, Martino Barthon
Sacrista. Fulgentio Krygowski Præposito Infirmorum Fausto Ma:
stalski Cantore. Florentio Tyrnawski Francisco Zaleski Pro
uisore Stanislao Wolsztynski Procuratore Causarum. Josepho
Paczynski Parocho Tynecen Benigno Buchowski Sacræ Theo
logiæ Lectore nec non Notario Capituli Eustachio Czernski
Philosophiæ Lectore. Nec non Religiosis Fratribus Bernar
do Glinski, Hyacintho Poradowski Diaconis Gerardo Melo:
wski Benedicto Baszynski Subdiaconis Ægidio Oddo
ne Clericis Laurentio Mellito Augustino Bonifacio Cho
ristis, Cypriano Paschali Conuersis personaliter præmissa
exhortatione Spirituali inuocatoq; Sacro Numine Visitatio:
nem iusta obloquentiam literarum Innotescentialium felici
ter inchoauit. Et primo Pontificaliter obseruata solemnitate
in talibus fieri solita à Visitatione sacratissimi Sacramenti
reuisione et præcustoditione intuitu Renouationis et Sa:
crarum Reliquiarum connotatione inuestigata, à Maiori ad

ad Mino

ad Minora Altaria circumquaq in eadem Ecclesia Conuentuali situ:
ata descendit, Sigillatim portatilia Cruces Candelabra Ornamenta
et alia ad decorem Ecclesiæ distinctim reuisit. In quibus cùm non:
nulli defectus reperti fuerint, præsertim Cruces informes, Statuæ
cum auulsis digitis, idcirco omnem reparationem ac omnimodam
munditiem procurandam tum et Canones decentes in Altaribus com:
parandos et locandos Sua Celsitudo Serio demandauit. Tandem ad
Sacristiam et thesaurum Ecclesiæ descendit Similiter connotatio
nem et Regestra Apparatuum et Ornamentorum Argenteriæ et præ:
tiosorum inuestigando, plures iterum defectus inuenit; idcirco Corpo:
ralia plura et magis decentia integra et munda, Similiter, Puri
ficatoria, Palas lineas, mundas Vela et reliquos ornatus comparan:
dos, et reparandos Apparatus, Serio Sua Celsitudo præcepit et in:
iunxit. Ad extremum diligentiam Rndo Patri Martino Barthon.
Sacristæ Sedulam prout fusiùs inferiùs in Decretis, ex eiusmodi
Visitatione emanatis habetur, commendauit. Regestrum quoq No:
uum ordine Omnium in Thesauro Ecclesiæ existentium conscriben:
dum eidem dicto Rndo Patri Martino demandauit quod etiam di:
ctus Rndus Pater Martinus producturum Se Suæ Celsitudini obli:
gauit. His finitis limitata Sessio ad Sequentem Actum.
Actus Secundus die Mercurij quæ fuit Vigesima Prima Mensis
huius Vigore limitationis hesternæ in Ordine ad Visitationem
Monasterij Tyneceæ Correctionem et Ordinationem expediendam
Prænominatus Celsissimus Princeps per Dormitorium R.R. Patrum
et Fratrum transeundo illud ipsum dealbari et renouari præ:
cepit. Cellas etiam R.R. Patrum et Fratrum ordine Visitauit ac
pro Uniuscuiusq Personæ indigentia, necessaria ab A.R. Patre
Priore procuranda, Sua Celsitudo pro Paterna Sua Clementia
demandauit. Insuper picturas profanas et aliam quouis modo
Splendidam Suppellectilem maximè de argento quæ posset Reli:
giosam offendere paupertatem nullatenus possidendam Sua Cel:
situdo iniunxit. Tandem ad Bibliothecam Monasterij peruenit
quam etsi uarijs Authoribus refertam inuenerit non tamen ordi:
natè dispositam aduertit, quapropter in Suas Classes et Facultates.

Volumina et opera disponenda Sua Celsitudo voluit per unum Idoneum ex Religiosis Patribus praeficiendum, non immemor Bullarum Summorum Pontificum supra extradentes vel concedentes sine licentia Superiorum libros huiusmodi praefata Anathemata ad executionem deducenda declaravit. Regestrum quoque Novum conficiendum Omnium Voluminum Sua Celsitudo serio recommendavit. Post haec ad Dormitorium Fratrum Novitiorum descendit ubi a Religiosis Fratribus Novitijs numero Septem Salutatus, quatuor quidem in loco Novitiatus tres vero per Religiosorum Patrum et Fratrum dormitoria residentes advertit. Idcirco Sua Celsitudo serio praecepit quatenus omnes insimul Novity Suis in Cellulis cum Rndo Patre Magistro Novitiorum resideant, eo attento quod sub oculis Magistri omnes fermè gressus Discipulorum apparere debeant. Cellam etiam Rndi Patris Fabiani e carcere educti incarcerati autem a die decima Septima Martij Anni praesentis visitavit. Causam vero paenitentiae illius, ac in hucusque suspensionis examinandam declaravit. Vestiarium et Depositorium Monasterij cum prorsus vacuum inventum sit ideo sollicitudini A. R. Patris Prioris, Sua Celsitudo injunxit et ad hunc finem consilium et auxilium gratiosè obtulit Sua Celsitudo, ~~[illegible]~~ quatenus tam pro commoditate advenientium hospitum quam pro restauratione Necessariorum Venerabilis Communitatis Nostrae, benè ordinatum et ampliatum habeatur. Restabant insuper visitandae non nullae Cellae Religiosorum Fratrum nec non Officinae Monasterij huius sed propter brevitatem temporis a Subdelegato Visitatore visitandum Sua Celsitudo censuit. Postquam quidem diligenter expeditam et sollicitè peractam Visitationem Cellarum, denuo Sua Celsitudo per pulsum campanae omnes et singulos RR. Patres et Fratres congregari demandavit ad Locum Capitularem, ubi ponderosissimo ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ Stylo Omnes Rndos Patres et Fratres ad Observantiam Regulae Sanctae exhortans mutuam Charitatem recommendavit, quod pientissimum mandatum Omnes et singuli reverenter acceptantes in toto se parere

Suae Celsitudini declararunt. Idcirco Sua Celsitudo insistendo Su:
prascriptis Literis Innotescentialibus non aliter ad Ordinationem
Monasterij Tynecen. descendendum censuit, nisi preuio Scrutinio
per desideria humiliter a Rndis Patribus postulata et pro Suae
Celsitudinis Clementia acceptata dignosceret omnem necessitatem
pro meliori bono Communitatis expediendam Quoad Calculationes
attinet quantocius excipiendas et perficiendas esse conclusum est
incipiendo a Rndo Patre Theodoro Zielonacki et per extensum O:
mnium Officialium praesertim Rndorum Patrum Josephi Paczynski
praeteriti Prioris Francisci Zaleski Prouisoris Gregorij Zaykie:
wicz et Fausti Mastalski Fabricae Praefectorum Florentij Tyr:
nawski Justi Machulik Celerariorum Vini tum reliquorum sub:
stantiam Monasterij dispensabilem tangentium usq ad R.P. Mau:
rum Rubinkowski Priorem et Custodem Tynecen. inclusiue. Pro
quarum Calculationum receptione assignati sunt Rndi Patres
(finitis Suis Calculationibus et non alias) Maurus Rubinko:
wski Prior et Custos Tynecen. Justus Machulik Vice Prior
et Magister Nouitiorum, Gregorius Zaykiewicz Praefectus Fa
bricae. Fulgentius Krygowski Praepositus Infirmorum. Stani:
slaus Wolsztynski Procurator Causarum. Benignus Bucho:
wski protunc Notarius. Et quidem eiusmodi Calculationem inho:
andas et expediendas in praesentia Reuerendmi Praelati Domestici
per Suam Celsitudinem designandi demandatum. Post haec
ad Scrutinia Singulorum Rndorum Patrum et Fratrum persona:
liter ad locum Capituli uocandorum Sua Celsitudo accessit. Itis
propositis limitata Sessio ad Sequentem Actum

Actus Tertius die Lunae quae fuit 26 huius. Ante pul:
sum immediate horae Primae Adm Rdus Pater Maurus Rubin
kowski Prior et Custos Tynecen. conuocatis ad Suam Cellam
Adm Rndis Patribus Justo Machulik Vice Priore Gregorio
Zaykiewicz Fabricae Praefecto Martino Barthon sacrista
Fulgentio Krygowski Praeposito Infirmorum Fausto Mastal:
ski Cantore Francisco Zaleski Prouisore Stanislao Wol:
sztynski Procuratore Causarum, ex rationibus animum suum

permouentibus praesertim considerando Suam infirmitatem ob quam Venerabili Communitati inseruire se excusat. Officium Prioratus ultro et libere resignauit ita tamen ~~ut quodsi necessarius inuen:tus fuerit non recuset laborem~~ ac immediate Adm Rndi Patres Superius praenominati ad Celsissimum Principem descenderunt ac eiusmodi factam ab A. R. P. Mauro Rubinkowski Officij Sui Resignationem humiliter exposuerunt ac Intimationem pro Electione Noui Prioris Submisse Supplicarunt. Quod ut Cel:sissimus Princeps Sibi ordine expositum percepit, eiusmo:di Resignationem ad Acta ingrossari demandauit Notario Capituli. Insuper prout moris est ad Valvas Capituli, Inti:mationem Electionis Noui Prioris tum et aliorum Officia:lium ob rationes praecipuas instituendae Vniuersis et Singu:lis ad eiusmodi Electionem Vocalibus pro termino assigna:to requirendis et conueniendis feliciter in Dei Nomine pu:blicari demandauit cuius Tenor talis. Stanislaus in Slupow Szembek Dei Aplicae Sedis gratia Archiepisco:pus Gnesnen Legatus Natus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Primas Primusq Princeps perpetuus Commendatarius Abbas Tynecen. Adm Rndis Rndis ac Religiosis Patribus et Fratribus Suppriori Officialibus totiq Vnbili Capitulo Monrij Nri Tynecen Ordis Sancti Benedi:cti Nobis in Christo dilectis Salutem in Dno et Paternam Benedictionem. Occurrente Vacatione Prioratus dicti Mo:nasterij Nri Tynecen post liberam Resignationem per Adm Rm P. Maurum Rubinkowski propter Suam aegritudinem corporis et ex alijs rationibus animum Suum permouentibus in prae:senti Visitatione Nostra factam. Volentes pro debito Officij Nostri et Iurisdictionis desuper Nobis concessae indemnitati et bono Regimini quantum possumus consulere, et ne ex Vaca:tione praefati Prioratus tam in temporalibus quam in Spiritu:alibus huiusmodi Monasterium aliquod patiatur detrimentum Paternitatibus et Fraternitatibus Vestris liberam futuri Noui Prioris Canonicam Electionem pro die Iouis quae erit Vigesima Nona Mensis et Anni currentium indicendam et intimandam

esse duximus uti quidem indicimus et intimamus in Dei Nomine per præsentes Quocirca Paternitates et Fraternitates Vestras se: rio requirimus et monemus, quatenus pro die supra assignata Capitulariter in loco solito horis Matutinis Congregatis, abie: ctis Omnibus, priuatis interuentionibus præcisis Conspiratio nibus et quibusuis æmulationibus præmissa Votiua de Spiritu san: cto, facta deniq Vniuersali reconciliatione, et generali absolutione accepta, huiusmodi Electionem Noui Prioris et aliorum officialium prout expedire uidebitur, Canonice et legitime adhibitis scrutato: ribus Sub Præsidentia Nostra faciant, Electumq pro uero et legiti: mo Suo Priore agnoscant et uenerentur In quorum fidem Datum Tyneciæ Die Vigesima Septima ellensis Octobris Anno Dni Mille simo Septingentesimo Vndecimo Stanislaus Szembek Archiepus Gnensnen Primas Abbas Tynecen mppr. Post quarum quidem Intimationis Electionis literarum Tenorem ab Omnibus et Singulis Rndis Patribus et Fratribus diligenter perlectarum et reueren: ter Susceptarum demum Sua Celsitudo per pulsum Campanæ congregari Omnes et Singulos ad Locum Capitularem præcepit nec non conuocatis Omnibus et Singulis A R Patribus et Fratribus tam Vocalibus quam Clericis et Conuersis ponderosissimo sermone de abnegatione et Resignatione propriæ Voluntatis et omnis rei propriæ ac de Vtilitate et Obligatione talis Resignationis, Vocis Suæ Oraculo explanauit iterumq atq iterum insinuauit ac in: sculpi in cordibus Nostris Voluit. Quocirca Resignationes Religio: sæ Suppellectilis ab unoquoq conscribendas et ordine Suo specificandas demandauit, quas etiam Singulorum manibus conscriptas et ordine suo specificatas, distinctim recepit, reuisit et examinauit nec non Singulis Rndis Patribus et Fratribus Secreto examinatis eiusmodi Resignationes manu propria Sua Celsitudo tradidit, quæ demum per manus Singulorum munde et diligenter connotatæ et ordinatæ conscriptæ per Notarium Capituli collectæ ad manus Suæ Celsitudinis reuerenter porrectæ et redditæ sunt. His fini tis limitata Sessio ad sequentem Actum.

Actus Quartus Die Iouis quæ fuit 29 huius seu Ele: ctio Prioris et Custodis Tynecensis. In Termino hodierno

ex Vi Innotescentialium literarum in Ordine ad Electionem Novi Prio:
ris et Custodis Tynecen et aliorum Officialium emanatarum earumq
Intimationis Celsissimus Princeps pro Votiua de Spiritu Sancto ad
Ecclesiam Conuentualem descendit qua finita pro Capitulo celebrando
pulsari demandauit conuocatisq Omnibus et Singulis A.R. Patri:
bus et Fratribus Vocalibus pro tunc in Monasterio residentibus
interim etiam Rndmo Patre Lamberto Klonn electo Abbate Orto
uiensi et ad eiusmodi Electionem uocato, nec non ab infirmo
Rndo Patre Mauro Rubinkowski per unum ex gremio Capi:
tuli allato Suffragio, inuocato Sacro Numine, et preuia Exhor
tatione ad Electionem, præmissaq Generali Absolutione per Se:
creta Vota procedere Volens, tres candidatos uidelicet Rndos
Ildephonsum Trzemeski, Stanislaum Wolsztynski, Benignum
Buchowski, Sua Celsitudo nominauit ac immediate pro rece:
ptione Suffragiorum assignati Sunt, tam ex mente Celsissimi
Principis quam ex sensu totius Vnbilis Capituli ~~et Conuen:~~
~~tatis~~ Scrutatores uidelicet Rdmus Pater Lambertus Klonn
Electus Abbas Ortouien Gregorius Zaykiewicz Fabricæ
Præfectus, conscriptisq, receptis, et diligenter perspectis chartu
lis compertum est euenisse Vota in personam Rndi Patris Ilde:
phonsi Sex, in Personam Patris Benigni quatuor, in Perso:
nam uero Rndi Patris Stanislai decem, quo facto Adm R.
Pater Stanislaus additis duobus Suffragijs Celsissimi Principis,
Votis duodecim pro Priore et Custode Tynecen canonice Ele:
cto publicatus est; quem etiam Supplente Diuina gratia
Sufficientem Sua Celsitudo agnouit, et inexcusabilem in hoc
termino decreuit ac Obedientiam ab Omnibus et Singulis
Rndis Patribus et Fratribus Neo Electo præstandam iniunxit Post quam
finitam et feliciter celebratam Electionem more solito pro
gratiarum Actione Hymnum Ambrosianum Te Deum Lauda:
mus decantando processionaliter ad Ecclesiam nos contulimus
ubi finito hymno cum Antiphona Gloria tibi Trinitas atq
Versu et Oratione, aspersione aquæ benedictæ peractis Priora:
le Officium A.R.P. Priori Neo Electo, Sua Celsitudo tradidit. Re:
liquorum autem Electiones Officialium limitatæ Sunt ad Sequen:
tem Actum.

Actus

Actus Quintus Die Veneris quæ fuit 30 huius Vigore limitatio-
nis hesternæ Electionis ulterioris dispositionis et Ordinationis Monaste-
rij huius, Celsissimus Princeps per pulsum Campanæ Omnes et Singulos
Rndos Patres et Fratres convocari demandavit, Convocatisq Omni-
bus et Singulis Adm Rdis Patribus Obedientiam a Nobis prædictam
Neo Electo A.R.P. Priori et Custodi Tynecensi recommendavit, ac
præcepit, nec non Insignia Monasterij huius illi in facie totius Ve-
nerabilis Capituli tradidit. Cum hac interim Electio Novi Prio-
ris et Custodis Tynecensis sine convocatione Prælatorum ex Locis
Particularibus celebrata sit, ideo à Sua Rndissima Celsitudine de-
claratio petita fuit per Orbile Capitulum utrum continuan
an inhoandum esset A.R.P. Priori Novo, triennium, Conclusum
itaq conformi omnium et Singulorum Rndorum Patrum et Fratrum
consensu ex certis motivis et rationibus duntaxat esse ad Ter-
minum Generalis Capituli circa Festum Sanctorum Petri et Pauli
practicati continuandum. Interea Rdus Pater Franciscus Zaleski allegando
Suam debilitatem Virium, Officium Provisoriale resignavit, sed inte-
rim non acceptata ipsius excusatione conclusum est quatenus labo-
rem in eiusmodi pro Deo et fratribus functione non recusare Deo
prosequi teneatur. Thesaurarij insuper assignati sunt tam ex men-
te Celsissimi Principis quàm ex communi omnium suffragio Le-
verendi Patres Gregorius, Fulgentius. Quoniam autem Adm Rndus
Pater Stanislaus Wolsztyński modernus Prior in antecessum Offi-
cio Procuratoris Causarum fungebatur ideirco de assignando
Procuratore Causarum deliberatum est. Et quia hoc Officium indi-
gebat idonco ad eiusmodi functionem subiecto deliberatum est
ac unanimi consensu Supplicatum Celsissimo Principi quatenus
cum permissione et benedictione Suæ Rndissimæ Celsitudinis Adm
Rndus Pater Prior onus eiusmodi Procurationis Causarum ad
aliquod tempus suscipere teneatur. De Vicepriore et alijs Offici-
alibus e Monasterij deliberatio dilata ad Sequentem Actum.

Actus Sextus die Sabbati quæ fuit 31 huius Ex hesterna
Propositione ratione Vicepriorís et aliorum officialium eligen-
dorum et assignandorum Celsissimus Princeps pro Capitulo pulsari
demandavit, Congregatisq Omnibus et Singulis de calibus aper-

tum est

posse Celsissimum Principem Authoritate Sua Abbatiali quemcunq
Voluerit assignare Virum Idoneum. Itaq Celsissimus Princeps grato
animo Suscipiendo Suffragia Nostra ex pluralitate Sententiarum col:
lecta intulit, animum tamen Suum moueri ut fiat Electio Vice Prio:
ris, ac immediatè tres candidatos pro Vice Priore Rndos Fulgen:
tium Krygowski, Iustum Machulik, Benignum Buchowski No:
minauit, unum ex his eligi posse, ac immediatè adhibitis Scru:
tatoribus Gregorio Zaykiewicz, Stephano Bylina, collectisq
reuisis et publicè Specificatis Suffragijs compertum est eue:
nisse Vota in Personam Rndi Patris Fulgentij Sex in personam
Rndi Patris Iusti Sex in Personam Patris Benigni Septem. Itaq
Pr Benignus Buchowski adhibitis duobus Celsissimi Principis
Suffragijs, Votis Nouem in Vice Priorem Canonicè electus agnitus
et publicatus est. Addidit insuper Celsissimus Princeps quod pro
hac sola Vice ex certis motiuis per ipsum permissa sit Electio,
Sed in futurum antiquam Praxim pro exigentia rerum et tempo:
rum hoc in Monasterio tam per se quàm per Successores Suos
uel suos et eorum delegandos Commissarios conseruandam. in
similibus Electionibus declarauit. In eadem Electione commissum
est Patri Benigno Electo Vice Priori quatenus Lectionem Suam Theolo
gicam, et Rndus Pr Eustachius Philosophicam diligenter et cum at
tendentia Seduliori Religiosorum Fratrum Studentium continuentes
expediant. De Notario Capituli quandoquidem Pr Benignus assumpsit
aliquod Officium alijs et multis occupationibus distractum idcirco
eiusmodi Propositio ad ulteriorem dispositionem reseruata. Post hæc
Adm Rndi Patres Gregorius Fabricæ Præfectus Martinus Barthou
Sacrista et Vice Custos, Fulgentius Præpositus Infirmorum Nec non
Iustus Machulik Magister Nouitiorum iterum concordibus Vo
tis Omnium, confirmati Sunt, hac apposita clausula et insinuatio:
ne ut Rndus Pater Gregorius Præfectus Fabricæ Nobilem et Spe:
ctabilem Dnm Ioannem Tryznekier Consulem Cracouiensem uti Præfe:
cturæ Fabricæ benè quarum in difficilioribus tam circa expen:
sas quam acquirendam Materiam ad Fabricam Spectantem con:
sulat. Tum quoq in coadiutorium inspectionis et laboris aliquem
ex Religiosis Fratribus Adm Rndo Patri Priori benè Visum ado
ptet

et

et accomodet. De Cantoribus Chori Diuini Officij in Ecclesia Nostra laudabiliter obseruati quatenus Rndus Pr Faustus cum Patre Benigno moderno Vice Priore diligentiam habeant nec non certis horis saltem ter in hebdomada Iuniores Fratres instruant conclusum. Celerarius Vini Rndus Pr Iustus uti et Magister Nouitiorum confirmatus Rndus Pat. Stephanus Bylina Magister Ceremoniarum assignatus est. Quoniam autem Bona Nostra hoc calamitosissimo tempore indigeant praecipua inspectione, praecautione, et restauratione, idcirco sua Rndma Celsitudo reuisionem omnium Bonorum Monasterij debere fieri in instanti inchoandam et in spatio duorum mensium expediendam decreuit. Ordinariè autem eam semel in anno tempore aestiuali in Mense Maio et Iunio expediri mandauit. Et pro hac Reuisione Bonorum assignati sunt a Celsissimo Principe Praelatus Suae Celsitudinis Domesticus ex Conuentu autem Rndi Patres Gregorius Praefectus Fabricae Stephanus Bylina, in praesentia Rndi Patris Francisci Prouisoris, Fulgentius Praepositus Infirmorum. Ad extremum de Clauibus Czeluuiensi et Radziesouiensi a Sua Celsitudine propositum quatenus totus ex his Clauibus Prouentus reseruetur et componatur ad Massam specialem quatenus nihil exinde exponatur sine speciali scitu et declaratione Celsissimi Principis quatenus omni meliori modo procedat Fabrica. Reuisio uero bonorum ut distinctim ab his duobus Clauibus fiat nec non Prouentus et Percepta distinctim conseruentur serio Sua Celsitudo demandauit iuxta declarationem factam a Sua Celsitudine et in Generali Capitulo productam de Tenore tali. Ut Prouentus ex his Clauibus quotannis prouenientes seorsiue conseruent et cum scitu et consensu expresso Suae Celsitudinis pro bono Ecclesiae uel Monasterij secundum exigentiam temporum prout magis ratio necessitatis postulauerit disponantur. Reliquae Ordinationes pro omnimodo meliori Bono dicti Monasterij Tynecensis fusius ac clarius habentur in appositis ex eiusmodi Visitatione emanatis Decretis.

Decreta, ex Actu Visitationis, Patribus et Fratribus Tynecensibus Ordinis Sancti Benedicti ad Observandum praescripta et de=

mandata.

1. Omnes Patres et Fratres adsint Divinis Officijs in Choro, exceptis quos vel infirma valetudo, vel ætas plurimum provecta, vel aliquod legitimum impedimentum excusare poterit, de quo Superiori constare debet.

2. Omnes in Stalis suis secundum Officium et professionem suam consequenter Una Serie hinc atque inde stent, facie et mente ad omnimodam devotionem composita.

3 Silentium perpetuum in Choro Omnes et singuli religiosissimè observent. Si verò Necessitas interdum exposcat aliquid loqui, fiat breviter, sine ullo strepitu, cum omni exemplaritate et modestia. Quod si quis ex Patribus vel Fratribus Silentium hoc non servaverit, finito Officio divino corripiat, et baccillo ori apposito, flectat in Capitulo usque ad signum Superioris.

4. Meditatio, quæ est anima Vitæ Spiritualis, et sine qua homo in timore et amore Dei diu stare nequit, nunquam fiat brevius media hora: Omnes autem genuflexi, conformi situ super Postimentum Stali, devotè et dimissis oculis maneant, advertendo, quod qualis erit de manè meditatio, talis erit Exercitium Virtutum per diem, et consequenter talis Profectus in Spiritu. Patribus tamen senio gravatis vel aliquando in aliqua debilitate verè constitutis, permittere poterit Superior, ut stando meditationem faciant, quandoque etiam, si Necessitatem verè viderit sedendo.

5 Confessarij ex Patribus Presbyteris assignant Andi Patres: Maurus, Gregorius, Fulgentius, Eustachius & Sacristianus. Pro Fratribus autem solus Andus Pater Magister Novitiorum, tam pro Professis, quàm pro Novitijs. Licitum tamen

men istis erit, ut quater in Anno etiam Uni ex prædictis Patribus possint confiteri si velint; attamen cum Scitu Rndi Patris Magistri Novitiorum. Omnes autem recordabunt, et hoc pro certo apud se statuent, quod qualis erit cujusque Confessio, et quam efficax propositum evitandi peccata, seu mortalia seu venialia; talis erit eorundem emendatio.

6. Omnes Patres Presbyteri celebrent Missam quotidie, nisi fuerint legitime impediti, de quo Superiori constare debet. Nullus autem Missam absolvet in illa hora, qua voluerit, sed quam Superior cuilibet in tabella assignaverit. Non omittent etiam Omnes in præparatione sua ad celebrandam Missam religiose credere et veraciter tenere, quod nullam unquam magis sanctam et magis tremendam functionem in tota vita faciant, et facturi sint, quam dum Corpus et Sanguinem Dni Nostri JESU Christi conficiant.

7. Ab Examine Conscientiæ nemo Patrum et Fratrum se absentet, nisi interveniente aliquo impedimento, à Superiore admittendo.

8. Matutini Pulsus et reliqui Officij Divini Dispositio, servetur moribus antiquis ordinarie, nec facile immutetur, præterqm in Necessitate per Superiorem bene ponderanda.

9. Cantores omnino attendant ut debitus Ordo in decantandis divinis Officijs servetur, et ne aliquando error aliquis irrepat et discordantia vocum; alias finito Officio pœnas suæ Negligentiæ luant ad Arbitrium Superioris. Solatia tamen Cantoribus ut moris fuit permittimus.

10. Recollectiones, sive Exercitia Spiritualia ad renovandum vel confortandum Spiritum Pietatis Religiosæ Summe Necessaria, et in omnibus Religionibus irremissibiliter quotannis peragi solita, quolibet anno Omnes Patres et Fratres faciant, de-

si-

designando Adm Rndum Patrem Priorem, et describendo tempore ad minus octo vel sex dierum, et directorem quem quis sibi Optaverit Adm Rndus Pr Prior Unicuiqs designabit. Lectio Spiritualis, quotidie fiat in loco Capitulari, et attente ab Omnibus audiat. Designationem autem temporis pro ejusmodi Lectione Spirituali Rndo Patri Priori cum Consiliarijs disponendam relinquimus.

11 In Sacristia Omnis decor et circumspectio Servet: Patae purificatoria, Corporalia, Mappae Manutergia munda integra et Sufficientia habeant. Inventarium Suppellectilis Ecclesiasticae quae Patri Sacristiano tradita fuerit habeat in Sacristia. Cruces informes ab Altaribus ammoveant, et novae decentes dent, vel decenter reparentur. Tum et Canones ad altaria ponant. Vinum pro Sacrificio Missae sit semper bonum et dignum ad tam sanctum Usum adhiberi. Quodsi Rndus Pr Sacristianus in suo officio fuerit Negligens, debet moneri per Rndum Patrem Priorem vel Vice Priorem, et si opus fuerit judicari.

12 In Dormitorio die et Nocte Servet Omnis modestia religiosa tam in Cellis quam extra. Nullus Patrum et Fratrum audeat Alterius Cellam intrare sine licentia Superioris, multo magis confabulationibus adinvicem vacare, vel aliquid commestibile aut potabile in sua Cella habere sine licentia Superioris, in qua concedenda Superior valde caute et scrupulose se gerere debet tanquam rationem redditurus. Si vero quis praesumpserit aliquid huic contrarium facere, subeat poenam genu flexionis

xionis apposito Ori digito et Abstinentia à Portione, secundum Arbitrium Superioris, idque pro primo; Si autem hoc frequentius ausus fuerit, semper gravius puniat, donec desuescat.

13 Cellæ mundæ et in bono ordine inveniant, paupertate Christi ornentur. De Argento et auro ac peccunia nihil habeatur, nisi Superior ad breve tempus permittat ad Summum tres florenos pro Aliqua Necessitate habere, donec Vestiaria in bono Ordine constituat.

14. Repositorium Commune, et ejus Præfectus intra mensem omnino constituat, et Adm. Rndum Patrem Priorem loco sibi bene viso, in quo, Omnes Patres et Fratres omnem peccuniam, quam ex Provisione sua vel ex pecculio habent reponant, et exinde prout Necessitatem aliquis eorum habuerit, cum Scitu Superioris accipiat. Ut autem in Omnibus bonus Ordo servet, Adm. Rndus Pr. Prior eundem cum Patribus Senioribus Statuat.

15 Ignis in lampade Ardens, in Dormitorio de Nocte perpetuus ardeat, et ejus curam habeat punctualem Pater vel Frater à Superiore assignandus, sub poenis gravibus, si negligens inventus fuerit. Ut autem in Dormitorio sit tranquillitas magna, sive sit dies sive sit Nox, omnino præcipit. Et qui hanc tranquillitatem quoquo modo turbaverit, poenis à Superiore condignis puniat.

16. Similiter in Refectorio Pax & tranquilitas omnigena demandat, & commoditas Patrum & Fratrum in Portionibus, Adm. Rndo Patri Priori commendat. Cochlearia stannea Uniformia, et Cultri Uniformes pro Omnibus Patribus et Fra=

1 tribus de communi habeant. Suppellex Stannea pro Portandis Cibis sit sufficiens. Idem de Mappis & alijs Mensæ et Culinæ Necessarijs servet, ut omnis Religiosus decor & mundities appareat, non tantum domi, sed etiam ijs, qui hospites veniunt.

17. Si quando tempore Mensæ Silentium à Superiore dispensat, tamen religiosa modestia, per eos qui voluerint loqui, in sermone, in edendo in bibendo, sedendo, ac omni gestu custodiat, ut Unus Alteri sit exemplo. Sessio ad Mensam non duret ultra tempus justum, præterquam in Festis Solemnioribus, & quando hospites primæ Considerationis in Refectorio habent.

18 Finita Mensa Rndi Patres & Fratres habeant Unam horam recreationis, & per illam horam conversent adinvicem. Quodsi quis legitimè impeditus fuerit pro ejusmodi hora recreationis, insinuet se prius Superiori. Omnes autem exeant et bini procedant ex Refectorio præter Servitores Mensæ & Præfecto Refectorij.

19 Quicquid à Mensa de Cibo et Potu superfuerit hoc Pater vel Frater, Adm Rndo Patri Priori bene visus inter Pauperes distribuat. De Septimanarijs autem Coquinæ Regula Sanctissimi Patris religiosissimè servet.

20 Casu quo contingeret aliqua immodestia vel impetuositas, vel aliquod aliud inconveniens inter Patres & Fratres tam in Refectorio, quam in Capitulo, statim eo momento à Superiore puniat. Ordinariæ autem pœnitentiæ, quæ aliquando Patribus vel Fratribus injungunt, fiant in loco

Ca"

Capituli, vel in Ecclesia tempore Matutini, ne externi advertant aliquem Religiosum quod agit, id agere ex Poenitentia inflicta.

21 Si autem propter aliquod grave delictum (quod DEUS avertat) aliquem ex Patribus aut Fratribus ita puniri necesse esset, ut sine Colari vel Muceto incedere deberet, talis potius maneat in Cella per aliquod tempus Superiori & Consiliarijs bene visum, et ad Matutinum tantum veniat, et Ultimo loco se statuat. Consiliarij autem & Iudices erunt, Rndus Pater Prior RPr Vice Prior, RPr Ildephonsus, RPr Maurus, RPr Fulgentius, RPr Iustus RPr Josephus, et RPr Notarius Capituli. Pro mensura Culparum debet esse puniendi modus, ne aliquis fiat excessus.

22. Infirmaria, loco bono et commodo quam primum per Reverendum Patrem Priorem et Praefectum Infirmorum constituat. Et si quis ex Patribus et Fratribus infirmus fuerit, ad Infirmariam deducat, et cura ipsius Spiritualis et Corporalis omnimoda habeat. Bonum esset ut pro Infirmis etiam aliquod Oratorium constituat.

23. Medicus adhibeat in tempore sine dilatione. Apotheca disponat omni meliori modo, quomodocunque pt fieri hoc Calamitoso tempore & ad Fratrem Cyprianum Chirurgum, Chirurgus alius Rndo Patri Priori bene visus assumat, cum ipse vix possit sufficere pro commoditate Monasterij & Infirmorum, cum sit aetatis provectae. Pro Chirurgo et ejus exercitio comparent omnia Necessaria indilate, et infirmis Solatia praestent opportuna.

24. Vestiariae usus antiquus & in Religionibus bene ordinatus etiam Calamitosissimis temporibus observari et Scrupulose

manuteneri solitus reasumatur; Et Vestiarius bonus constituat à Rndo Patre Priore et Consiliarijs qui decorem et ordinem diligat et sciat facere: dexter, charitativus, diligens, fidelis: Qui Inventarium totius Vestiariae conscribat & notet cui quid dederit, et quando, & quid, et à quo receperit.

25. Iste autem Vestiarius curet haberi omnia quae Patribus & Fratribus necessaria esse dignoscunt: ita ut quando jam bene constituta erit Vestiaria, Omnes Patres et Fratres omnia habeant ex Vestiaria, quaecunque ipsis erunt necessaria, ne solliciti sint, quod aliquid non habeant, & quo operiant, et distrahant in Spiritu, & licitum sibi esse proprium reputent.

26. Omnes autem Patres & Fratres uniformitatem tam in habitu, in Togis, in Pileis, Calceis, religiose custodire debent, quam in minima re.

27. Equos, Canes, Pueros, nullus Patrum et Fratrum pro suo Servitio servet, tam in Conventu quam extra: Et si qui hic sunt (exceptis ad Commune Monasterij obsequium equis, famulis, et ad Chorum Pueris) in Spatio Octo dierum expediant. Sint autem Currus, Equi, et famuli sufficientes pro Usu et commodo Monasterij.

28. Res Omnes post Obitum alicujus Patris aut Fratris, prius ex mandato Rndi Patris Prioris connotatae, postea ad Vestiarium debent reportari, & à Vestiario consignari

29. Studium Philosophicum & Morale, omnimoda diligentia

gentia Patrum Lectorum promoveat. Novitij tamen, donec Professionem faciant, ad nullum Studium memoratum admittantur. Patres Lectores, culpas Negligentium Studiosorum arguant, et, si opus fuerit puniant, servata prudentia et Caritate, ne aliquid expassione agere videantur; & Nemo ex Patribus suis instantijs pro deliquentibus Studijs sit Molestus alicui Patri Lectori. Ut autem saltem duo ex Fratribus ad Studium Theologiæ Speculativæ, ad aliquem Conventum Adm Rdo Patri Priori, et Reverendis Patribus Senioribus benevisum et à Nobis approbandum quantocius expediri possint, curabit Adm Rdus Pater Prior.

30 Nemo promoveat ad Sacros Ordines, nisi judicio Examinatorum dignus videatur. Examinatores autem erunt Reverendi Patres, Prior, Decani et Lectores.

31. Discretionem etiam Rdi Patris Prioris relinquimus, quatenus Lectoribus et Studijs aliqua Solatia, et favorem in Obligationibus probent, dum recto judicio viderit taliter expedire.

32. Studium Cantûs quamprimùm instituat A Rdo Pater Prior, nec ad Ulteriores ordines aliquis promoveat, nisi in Cantu laudabilem profectum fecerit.

33 Rdus Pr Magister Novitiorum paternam curam habeat Novitiorum, tanquam amans Pater suorum filiorum: sit piè severus, et valdè diligenter consideret profectum suorum Discipulorum et probet multis modis Spiritum eorum, ne tempore Probationis, lateat in aliquo aliquid mali, quod post Professionem primùm proveniret et patere posset.

34 Novitij non se immiscuant Professis, sed semper cum suo Magistro maneant.

35 In admittendis autem ad Religionem Novitij, hoc etiam petitissimum servet, ut ante omnia literæ legitimi Ortûs omni vitio dubietatis vel falsitatis carentes requirant, et examinent, ac in Archivo conservent. Non admittantur

nisi cum bono profectu, saltem Rhetores boni vel Dialectici.

36. Cura Fabricæ maximè circa Ecclesiam, ejus tectum et faciem, & tectum Conventus per Adm Rndum Patrem Priorem et Præfectum Fabricæ diligens et exacta habeatur. In gravioribus disponendis circa Fabricam nihil incipiat nisi prius capitulariter concludatur. Nihil autem innovetur sine scitu et expresso consensu Nostro. Et quod magis urgens est, id semper ante alia omnia disponat. Et periti in Arte tempestivè consulant, & cum Consilio Adm Rndi Patris Prioris & Consiliariorum omnia fiant.

37 Revisio Bonorum Monasterij per Revisores à Nobis deputatos cum Prælato à Nobis deputando intra spatium duorum mensium expediat. Inventaria conscribant, contractus revideant, media Bona eximendi ex Arenda adhibeant congrua, & omne id quod servit ad bonum ordinem constituat & finito contractu amplius non arendent, sed per Monasterium Omnia Bona, sine ulla distinctione tam quæ per Patres quàm quæ per Sæculares administrant, administrentur. Et plerumq. pro exigentia temporis, Curatores Bonorum, aliàs Podstaroscowie, Gospodarze, foveant. Ut autem Pater Provisor ritè possit Officio suo fungi in administratione Bonorum potest ipse addere R. Pater Prior Patrem sibi et Consiliarijs bene visum, ut ipsum quandoq. adjuvet. Proventus ad Thesaurum Monasterij cum scitu Rndi Patris Prioris deponant. Et ipse Pater Prior ad se nullam pecuniam Monasterij deponendam accipiat, nec de Substantia Monastica per se sed per Officiales disponat. Et quando ipse habuerit opus aliquo subsidio tunc ab Officialibus requirat, et in Regestro connotari demandet. Officiales autem juxta anteriores Constitutiones quolibet trimestri calculationem reddere tenebunt, sub poenis gravissimis, etiam sub

inhabilitate

inhabilitate Officij, et alijs poenis capitulariter infligendis.

38. Calculationes Rndi Patris Theodori Zelonacki et Josephi Paczynski anteactorum Priorum, Gregorij Zaukiewic, Fausti Mastalski Fabricæ Præfectorum, Francisci Zaleski Provisoris, nec non Mauri Rubinkowski Ex Prioris, et in Antecessum Thesaurarij, et Aliorum Officialium Substantiam Monasterij dispensabilem tangentium, intra Spatium eorundem duorum Mensium expedianf.

39. Revisores autem et Calculatores deputanf: Prælatus aliquis Noster domesticus deputandus, Rndi Patres. Prior, Gregorius, Gvilhelmus, Fulgentius et Notarius. Et de effectu revisionis, et de exitu calculationis def Nobis relatio ubicunq, fuerimus.

40 Clavem autem Czuloviensem et Radzieszoviensem pro quarta Parte gratiose Monasterio concessam, volumus distinctim revideri et Inventaria per Memoratos Dominos Revisores formari et distinctim ab Alijs Clavibus administrari. Proventus quicunq inde provenient in Thesauro Separato reponi, et Conservari, et juxta Nostram dispositionem in Usus Ecclesiæ vel Monasterij expresse faciendam disponi. Et ad hunc effectum, attendentiam Prælato Nostro demandabimq, et Calculationem distinctim requiremus.

41. De Locis Particularibus nulla ad præsens fit dispositio, donec expediat Visitatio inchoata per Rndum Patrem Gvilhelmum Visitatorem, et in reditu illius plenaria habeat relatio & informatio. Quia tamen R Pater Joachim Kozynski ex impetu dicitur fecisse gravem excessum, ratione Cujus in Sacra Nunciatura processat cum dedecore Monasterij, committit Rndo Patri Priori & Consiliarijs Causæ hujus Cognitio, et Injuriatorum Pacificatio, ne processus

contra

contra memoratum Patrem longius trahat. Et quicquid dignoscet Necessarium et Urgens ad res bene disponendas Conventus Tuchoviensis, totum hoc cum Consilio Prælati per nos designandi et Consiliariorum Rndorum Patrum committit Rndo Patri Priori examinandum, et constituendum ad Ulteriorem dispositionem.

42 Hoc etiam (revertente Rndo Patre Guilhelmo Visitatore) præcustodit, ne unqm Præpositus Unieoviensis Solus resideat, sed tertius ad minimum.

43. Cavemus etiam, ne sine Scitu Nostro Rndus Pater Prior Patres qui hic sunt in Officio alio transferat vel Electiones instituat. Quodsi aliquis deponendus ex Consilio Capitulari veniret, hoc nobis prius tempestivè deferat, et declaratio Nostra expectet.

44. Expeditiones extra Monasterium non committant Junioribus, ne per hoc Periculum divagandi et in Monastica disciplina tepescendi det occasio. Et quando necessitas exegerit aliquem Patrem vel Fratrem mitti extra Monasterium, semper debet mitti cum Socio.

45. Hoc etiam Seriò præcavemus, ne aliquis Patrum vel Fratrum literas scribat aut recipiat sine Scitu Superioris sub poenis gravibus à Superiore assignandis. Salvum tamen recursum ad Nos, omnibus Patribus et Fratribus idependenter à Superiore reservamus et præcustodimus.

Alia Decreta ex Mandato Ejusdem Celsissimi Principis.

P.

P. Fabianus, in Spem emendationis sub, restituit in Locum Professionis, et ad pristinum suum Statum. Quod si autem iterum calumnijs et exprobrationibus Suos Patres et Fratres molestaverit, ac Pacem et tranquillitatem Monasticam turbaverit, et se non emendaverit, admoneat secundo et tertio capitulariter, et has Monitiones in Actis connotent. Et quod si se non emendaverit, tanquam incorrigibilij de Monasterio ejiciat.

P. Stephanus restituitur ad Activam et passivam Vocem, sed non mittat ex Monasterio, nisi ad Nostram Ulteriorem dispositionem. Et quando pro Revisione Bonorum cum Reverendis Revisoribus discedet, nullas faciet diversiones sub poenis gravissimis irremissibiliter infligendis, et inhabilitate ad Officia, Sed absoluta revisione cum Patribus revisoribus ad Monasterium redibit.

Patri Martino Similiter deneganda erit licentia excurrendi de Monasterio, donec aliter nobis Visum fuerit.

P. Bogumilus ad Activam et passivam Vocem admittitur.

P. Theodorus Zielonacki, quod de suo per Novem Annos Officio Provinciali nullam dederit rationem de Perceptis et Expensis. Similiter P. Josephus Paczynski per tres annos. Et alij quicunq; Substantiam Monasticam in Manibus habuerunt, et Calculationem non fecerunt, seriò monentur ut in futurum in Officijs quibuscunq; demandatis fuerint, magis diligentes et fideles se exhibeant, Salva alia animadversione, cujus necessitas ex Calculo faciendo promanabit.

P. Zephyrin.

P. Zephyrinus et F. Matthias delati à Rndmo Lamberto Electo abbate Orloviensi, seriò examinens, dum redierint.

Fr Modestus applicetur ad Monasterij obsequium internum, nec illi excurendi detur facultas, donec aliter à Nobis Visum fuerit.

Quæ omnia diligentissimæ Executioni, ad observandum demandamus Rndo Patri Priori. Ut in Majorem effectum istius Nostræ Visitationis, et debitæ sollicitudinis, prima die Mentis non impedita, alias die sequenti ad perlegendum in Capitulo injungimus et præcipimus.

Actus Septimus die Mercurij quæ fuit 4ta Mensis Novembris. Congregatij ad Sonum Campanæ Omnibus et singulis Rndis Patribus et Fratribus superius requisitis et expressis, dictus Christianus Princeps de Notario Capitali eligendo vel constituendo proposuit, eo attento quod P. Benignus Buchowski ex Notario in Vice Priorem electus fuit, et petitum est à Rndis Patribus quatenus P. Benignus teneatur supplere hoc officium. Itaque Christianus Princeps demandavit

David

davit Patri Benigno Vice Priori, quatenus Notariatum tenerat usq; ad Ulteriorem Suæ Celsitudinis Reverendissimæ Dispositionem. Posthæc, Acta et Decreta Visitationis Superius expressa perlecta sunt, et reverenter ab Omnibus et singulis acceptata. Quibus quidem perlectis et reverenter auditis Celsissimus Princeps exhortatione peracta, de Humilitate, Obedientia, Patientia, debito Usu Sacramentorum Pœnitentiæ et Eucharistiæ, debito Usu temporis ac aliis Virtutibus, benedictione denique et aspersione aquæ peracti, actum hunc Visitationis feliciter in Dei Nomine finivit. Acta sunt hæc in Monasterio Tynecensi Ord. Sti Benedicti, Jurisdictione, Pontificatu, Anno, Mense, Die, quibus supra

Stan: Szembek Archiep.
Gnesn. Primas Abbas Tyne-
censis mpp

L. S.

P. Benignus Buchowski. O.S.Ben.
Vice Prior Tynecen. et S. Theologiæ
Lector, Actuarius ad hunc Actum
à Sua Celsitudine Illma et Rma
assumptus, Capitularisque Notarius
mpp

Locus Sacer

In Nomine Domini Amen

Actus Capitulares sub felici regimine Adm Rndi Patris Stanislai Wolsztynski Prioris & Custodis Tynecens. sub Notariatu vero Rndi P. Benigni Buchowski Vice Prioris et S. Theologiae Lectoris.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1711. Die vero 6 Novembris Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus Benigno Buchowski Vice Priore & S. Theologiae Lectore Gregorio Zaykiewic Fabricae Praefecto, Bogumilo Micielski Stephano Bylina Magistro Ceremoniarum, Martino Barthon Sacrista Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore Florentio Tarnawski Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulik Magistro Novitiorum Josepho Paczynski Praeposito Skavinensi, Adm Rndus Pr Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos Tynecensis proposuit, qualiter Generosi Domini Suchodolski et Radomynski instent pro Subscriptione Conventui Nstri, Vigore Consensuum Celsissimi Principis Abbatis Tynecensis ad cedendum de juribus suis in Personas Nobilium Cantelli et Laringe, respective Conjugum, obtentorum super Scultetijs in Nieszkowice & Pogwizdow, ab eodem Celsissmo benigne collatis, ratione Cujus Subscriptionis Sententiatum et Conclusum, quatenus, licet Intitulatio Adm Rndorum Patrum Officialium Tynecensium, ante Privilegia intercedere Solita, intermissa fuerit; nihilominus pro hac Sola Vice, condescendendo dignitati Primatiali, Supplicandum consultam est, ut hoc intermino, Jura Monasterij Nostri, et Subscriptiones, secundum praxim antiquam conserventur. Insuper Sententiatum, quatenus non def Subscriptio, Nisi Canones exolvant, et aliquid pro Ornamento Ecclesiae conferatur. Ad Extremum Supplicandum Celsissimo Principi, quatenus in Privilegijs addat, ut post Obitum Praefatorum Generosorum Dominorum Bona Munda redeant ad Monasterium.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1711. Die vero 16 Novembris. Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus propositum est qualiter Rndus Pr Florentius et F. Aegi=

dius excessus nonnullos fecerint. Decretum illorum vide in libro Decretorum De P. Fabiano iterum recidivo, concluditur ut occludatur.

Sub eodem Actu conclusum, quatenus Dnus Gniatkowski quia sine consensu Capitulari Zorow Bukow, et Opatkovice administrat, ideo ex praefatis Villis se transferat et amplius non administret. Insuper demandatum ab Admo Rndo Pre Priore quatenus semel in Septimana visitent Cellae Rndorum Patrum per Rndum Vice Priorem et Gregorium Cellae vero Religiosorum Fratrum per Rndum Patrem Magistrum Novitiorum. Insuper demandatum quatenus Calculationes in promptu habeant ab iis qui assignati sunt ad reddendas Calculationes. Propositum est etiam qualiter Gnsus Dnus Jezerski petat sibi mille tinfones concedi ac in vim Provisionis Ligna excidenda ex Sylva sua appromittat, conclusio suspensa ad opportunum tempus.

Sub eodem Actu consensus stetit super subscriptione pro Philadelphia et Confraternitate Nra, in personam Perillos & Rndmi Dni Martini Cichanowicz Canonici Vladislaviensis. Ad extremum conclusum quatenus Fr Henricus et Fr Leonardus revocent ex Lythvania. Insuper Aspirans quidam nomine Drewnoski ad Statum Laicalem susceptus est.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1711. Die vero 4 Decemb. Congregatis ad Sonum Campanae Admo Rndis Patribus et Fratribus, Admo Rndus Pr Prior dispositionem horarum totius diei conscriptam commedavit, et serio inhibuit ne Unus alterius Cellam sine licentia superioris ingredi praesumat. Item Rndo Patri Magistro Novitiorum diligentiam et attendentiam super Relsos Fratres commendavit. Item Rndo Patri Martino inhibuit ne Equos et Pueros conservet. Item Ne Saeculares in Dormitorio et Refectorio perambulent. Item Ne Rndi Patres & Fratres Culinam frequentent. Item Ne RPr Florentius Puerum servet. Item

Crema-

Crematum pro debilibus fit in Apotheca. Item inhibuit Fratri Paschali ne sine licentia Superioris hospites foveat, et demandavit eidem Fratri quatenus Porta semper maneat Clausa, Literas aut quævis munuscula prius ad Superiorem deferat, Nec advenientes intromittat nisi prius Superiori Notum sit. Examen Conscientiæ Omnes nemine excepto post Lythanias et Completorium absolvant. Ad Extremum Significavit, qualiter Celsissimus Princeps Illustrissimo et Rndmo Dno Martino Ciechanowic Canonico Vladislaviensi Jurisdictionem in Spiritualibus et temporalibus Subdelegavit. De Patre Fabiano vide in sequenti Actu.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1711. Die verò 7. Mensis Novembris Congregatis ad sonum Campanæ Admo Rndis Patribus, Admo Rndus Pr Prior proposuit qualiter R.P. Ferdinandus sine revocatoriis ad Monasterium Tynecense venerit. Ac immediate Vocatur ad Capitulum et interrogatus qua ratione ex Loco Particulari advenerit, qui respondit se non potuisse conferre in Lythvaniam ex injuncta Obedientia à Rndo Pre Guilhelmo ibidem Visitatore, cum ipsi R. Pr Damascenus Socius destinatus repente in Itinere infirmaret quem propter defectum Vialium in Monasterio Sieciechoviensi relinquere debuit infirmum, ac ipse ulterius progredi in Lythvaniam non potuerit. Insuper retulit, qualiter in Koscielna Wies Superficialiter tantum peracta sit Visitatio Rndum Patrem Guilhelmum, & qualiter R. Pr Theodorus Zielonacki Præpositus Koscielnensis omnia bona inarendam verterit. His auditis conclusum est R.P. Ferdinandus pro hospite tantisper conservet in Monasterio Tynecensi donec R.P. Theodorus compareat ac ejusmodi causa discernatur.

Sub eodem Actu De Patre Fabiano quod immediate post Actum Visitationis, aliquoties post Portam excurrerit, et hospitibus se adjungere sine licentia Superiorum assus sit,

nec non publicè in Refectorio cum Scandalo Novitiorum contra Superiores et alios Rndos Patres et Fratres, etiam defunctos, contumelias proferre ~~ausus sit~~, et, multas alias inconvenientias patrare ~~ausus sit~~, secundo concludit ut tanqm incorrigibilis in cella maneat occlusus, donec juxta Decretum in Visitatione contra illum latum, puniat. Interim praefatus Patri Fabiano, R. Pr Eustachius Lector Philosophiae pro Patre Spirituali assignat, si non aliqua spes emendationis rejiciendae malitiae apparuerit. Insuper praefatus P. Fabianus Rndorum Patrum et Fratrum orationi commendatur.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1711 Die verò 22 Decembris. Congregatis ad sonum Campanae Rdm Rndis Patribus, Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Vice Priore nec non S. Theologiae Lectore Capituli, Notario, Alephonso Trzemeski Seniore Patre, Gregorio Zaykiewicz Fabricae Praefecto, Bogumilo Micielski, Stephano Bylina Magistro Ceremoniarum, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tyrnawski, Francisco Zaleski Provisore Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Ciernski Philosophiae Lectore, nec non Religiosis Fratribus Bernardo Glinski, Hyacintho Poradowski Diaconis, Gerardo Mellowski Matthia Siewerski, Benedicto Bassynski Subdiaconis Oddono Aegidio Clericis, Laurentio Mellito Augustino Choristis, Cypriano, Paschali, Modesto Conversis, factum est primum Scrutinium ratione Fratrum Novitiorum, Joannis Chotecki, Georgii Wyrzikowski, Wolfgangi Maij, Sigismundi Mikieska Casimiri Chudzynski, Placidi Chudzinski, Adriani Rubinkowski, nec non Drewnowski Aspirantis. De quorum conversione et moribus Rdi Prior Rndum Patrem Magistrum Novitiorum obligavit quatenus Venerabile Capitulum informet, an Obedientes et Capa-

ces

ces sint, an verè DEUM quaerant an non aliquis eorum habeat aliquem defectum canonicum, qui respondit, licet in aliquibus imperfectio reperiat, nihilominus illa corrigibilia asseruit. His expositis A. R. Pr. Prior singulorum Rndorum Patrum & Fratrum vota requisivit, quibus perceptis et connotatis, conclusum quatenus praefati Novitij pro Ulteriori probatione recipiant cum pro ijs affirmative sententiatum, excepto quod Fr. Wolfgangus Maij duo tantum habens vota affirmativa, Octo negativa, duo ad libitum Venerabilis Capituli, ex pluralitate votorum dimittendus sit. Aspirans verò pro Oblato ad Portam applicandus. Interim A. R. Pr. Prior serio demandavit Rndo Patri Magistro Novitiorum, quatenus Fratrum Novitiorum Spiritum probet, nec non attendat ne forte cum Professis conversent, literas aut munuscula suscipiant ac dirigant, quatenus omnes insimul in Novitiatu resideant et Exhortationes per se Componant.

Sub eodem Actu Consilium exquisivit quomodo subveniendum Necessitati Communitatis tam in Victu quam in habitu. Quoniam am. R. Pr. Maurus Rubinkowski Stante suo Prioratu habitum non dederit Rndis Patribus et Fratribus insuper vinum pessimum à suo Consanguineo pro Refectorio comparaverit, idcirco concludit, quatenus Rndus Pater Maurus teneat ad restituendum habitum, et vinum recipiat, nec non pecuniam restituat Unbli Comunitati quam pro Equis divenditis accepit, nec non quam post Mortem Nostri Subditi in Promnik Villa repetijt, ac pro ejusmodi executione assignati sunt Rndi Patres Gregorius et Fulgentius. Insuper conclusum quatenus Dnus Gniatkowski Administrator hucusque sine Scitu Venerabilis Capli, in Zorzow et Bukow, exsolvat Dno Rospinus Antecedenti Administratori debitum Semiduorum Millium pro crescentia, quam pro suo Usu convertit. Quoniam am.

praefatus Dnus Gniatkowski insuper Opatkowice ex Solo Beneplacito Rndi Pris Mauri Rubinkowski, Stante suo Prioratu hucusq; administret, idcirco conclusum, quatenus Rndi Patres Gregorius et Fulgentius praefatam Villam recipiant nec non Frater aliquis idoneus pro ejusmodi administratione applicet.

Sub eodem Actu conclusum, quatenus aliquis è Medio Nostri Romam mittat pro vindicanda causa Wegrzynowiensi et eliberatione à Congregatione Polono Benedictina.

Sub eodem Actu perlectae sunt literae Rndi Patris Guilhelmi Visitatoris ex Lithvania, qualiter Nri Rndi Patres Professi, residentes in Abbatia Trocensi, nullo modo se adjungere Congregationi Polono Benedictinae adjungere intendant quinimo se perseverare in prima vocatione Congregationis Tynecensis constanter per copiales annuerint. De Patre Ferdinando conclusum quatenus tantisper in Conventu Nro Tynecensi maneat donec de illo aliter concludat.

Sub eodem Actu RPr Eustachius Philosophiae Lector obligavit se ad absolvendas Missas pro famulis fieri consuetas. Insuper conclusum ne in Cella Rndi Patris Mauri absolvat Sacrificium Missae, sed potius praefatus Rndus Pater ob infirmam valetudinem deportet ad Ecclam ad audiendam Missam, excepto quod tantum in die Nativitatis Dni Nri JESU Christi in praefata Cella Sacrificium Missae absolvi permittat. Insuper RPr Prior serio demandavit ne Unus Alterius Cellam intrare audeat sine licentia Superiorum, ad evitanda conventicula et observandum silentium in dormitorio.

Sub eodem Actu mentio facta est ratione Rndi Patris Joachimi Kozynski Praepositi Tuchoviensis in Decretis tempore visitationis memorati, nec non de mittendo Capellano Tuchoviam ad Beatam Virginem, sed ejusmodi causa suspensa est ad Ulteriorem dispositionem. Acta sunt haec

In Monasterio Tynecensi in Anno 1711. Diebus Mensium quibus supra. P. Benignus Buchowski Supprior Notarius mpp

Incipit

Incipit Annus 1712.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 8 Januarij Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus, Benigno Buchowski Vice Priore et S. Theologiae Lectore, Gregorio Zaykiewicz Fabricae Praefecto, Bogumilo Micielski, Stephano Bylina, Martino Barthan Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore, Francisco Zaleski Provisore Florentio Tarnawski, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Czorsski Philosophiae Lectore, Adm Rndus Pater Stanislaus Wolsztinski Prior et Custos Tynecensis proposuit ratione Congregaonis Polono Benedictinae, Decimarum Węgrzynovicens nec non Parochiae Tynecensis quorum causa Romae agitat. Conclusum quatenus pro ejusmodi causarum Patronis sumptus provideat praesertim pro Incorporatione Parochiae Tynecensis de cujus exitu informare debet Venerabile Capitum Rndus Pr Josephus Paczynski, Prointerim Dno Patrono Causae Węgrzynovicensis et Congregaonis 10 aureos mittendos ee conclusum quatenus omni vigilantia attendat ne ad ejusmodi Congregaonem stringamur, nec non promoveat omni meliori modo Causam Węgrzynovicensem.

Sub eodem Actu perlectae sunt literae Adndi Patris Guilhelmi Visitatoris ex Lytvania qualiter nonnulli ex Nostris privatas literas et fomenta scribant impedire volentes ejusmodi Visitationem, ac immediate Adndus Pater Prior Omnibus et singulis sub poenis irremissibiliter infligendis inhibuit nec aliquis audeat ejusmodi literas et fomenta scribere, nec non conclusum quatenus Adm Rndo Patri Guilhelmo Visitatori scribat ut finita Visitaone redeat ad Monasterium ad dandam ejusmodi Visitaonis rationem.

Sub eodem Actu perlectae sunt literae Adm Rndi Patris Prioris Sieciechoviensis qualiter Adm Rndus Pater Damascenus Jarojski Professus Conventus Nostri, in Monasterio Sieciechoviensi infirmus decumbat.

Sub eodem actum conclusum quatenus Dnus Gniatkowski Administrator in Zorzow et Bukow, Certum debitum Dno Rospinus

pro segete quadam, quam praefatus Dnus Rospinus praeteritus dictae Villae Zorzow et Bukow Administrator reliquit et Dnus Gniatkowski pro sua interim Necessitate consumpsit.

113 Subeodem Actu conclusum quatenus AAPr Maurus Rubinkowski restituat decem aureos et centum tirifones quos Stante suo Prioratu à Magnifico Dno Brzechwa Capitaneo Krzczoviensi pro concedenda administratione Villae Szidzina accepit per modum honorarij.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1712 Die vero 23 Januarij Congregatis ad sonum Campanae Admi Rndis Patribus superius appositis, Adm Rndus Pr Prior proposuit ratione Incorporationis Villae Siedliska ad Ecclesiam Beatissimae Virginis Tuchoviensem, nec non ratione Incorporationis Villarum Byrowka et Nepla ad Conventum Tynecensem conclusum quatenus humiliter Conventus Noster supplicet Celsissimo Principi Primati Regni et Abbati Tynecensi pro conservatione ejusmodi Incorporationis

Subeodem Actu conclusum mittendum ee aliquem Rndum Patrem pro Commissione ratione Militaris Contributionis

Subeodem actu conclusum scribendum ee ad Rndum Orloviensem et Praepositum Koscielnensem quatenus compareant pro reddenda calculatione juxta Decretum Visitationis Nuper expeditae

Subeodem Actu AAPr Prior inhibuit omnibus et singulis ne Unus Alterius Cellam intrare audeat sine licentia Superioris juxta Decretum Visitationis Nuper expeditae

Subeodem Actu conclusum quatenus contractus revideat Dno Gniatkowski à Nonnullis ex Nostris extradito pro administratione Villarum Zorzow et Bukow nec non quaerimoniae et praetensiones Rusticorum dictarum Villarum discernant, hoc praesertim considerando, utrum

ante

ante vel post Contractum clandestinum insolito more extraditum secundum Datam ibidem expressam sit introductus in Possessionem praefatarum Villarum? nec non Specialis super hoc attendentia adhibeat, post quam animadversionem, praefatae Villae recipiant et amplius non administrent à praenominato Dno Gniatkowski, ac pro ejusmodi Executione assignati sunt Rndi Patres Vice Prior, Fulgentius et Gregorius.

Sub eodem Actu mentio facta est ratione decem aureorum et centum tinfonum à Rndo Patre Mauro Rubinkowski restituendorum juxta conclusionem anterioris Actus Capitularis, ac immediate pro ejusmodi executione restitutionis missi sunt ex Venerabili Capitulo Adm Rndi Patres Gregorius Fabricae Praefectus et Justus Magister Novitiorum quatenus sub poena Excommunicationis praefatos Aureos et centum tinfones quos à Magnifico Dno Brzechwa Capitaneo Krzeczoviensi per modum honorarij in vim permittendae Arendae accepit in instanti extradat et reponat Venerabili Capitulo, qui à Praefato Rndo Patre Mauro redeuntes se ita eum respondisse dixerunt, quod nimirum Magnificus Dnus Capitaneus Krzeczoviensis saepe eum visitando praefatos aureos in Vino consumpserit, centum vero tinfones eum distribuisse inter Patres et Fratres retulerunt. Igitur his expositis et auditis Venerabile Capitulum conclusit quatenus, uti inanem non admittendo assertionem, Rndus Pater Maurus praefatos decem aureos et Centum tinfones sub poena Excommunicationis restituat. satisfactum in decem aureis.

Sub eodem Actu conclusum quatenus R. Pater Fabianus, quoniam non desvescat Adm Rndos Patres et Fratres contumelijs afficere, nec non literas plenas descriptionibus Rndorum Patrum et Fratrum, per Cellam ejicere, tanquam incorrigibilis occludat donec de illo aliter concludat!

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò 3 Febru-
arij, Congregatis in Unum Adm Rndis Patribus, Adm Rndus Pater
Prior reassumpsit factam nuper in Capitulo mentionem, de mittendo
aliquo Rndo Patre ad Commissionem Radomscianam ratione
Militaris Contributionis. Conclusum quatenus Frater Felicianus pro
ejusmodi Commissione mittat, et in Locum Fratris Feliciani ad
Oppidum Brzostek F. Bonifacius tantisper collocet.

Sub eodem Actu conclusum, quatenus Rndus Pr Faustus
suscipiat adinterim procurationem Causarum, maximè ratione
Decimarum, Canonum et aliarum Causarum Conventualium.
Sub eodem Actu perlectæ sunt literæ Rndi Pris Guilhelmi Vi-
sitatoris qualiter brevi expedita Visitatione, Venturus sit ex Lith-
vania ad Conventum Tynecensem.
Sub eodem Actu conclusum quatenus R. Pr Ferdinandus
remaneat in Conventu Tynecensi usq. ad reditum Rndi Pa-
tris Guilhelmi Visitatoris ad dandam Calculationem Piwoszo-
viensem.
Sub eodem Actu propositum de Capellano ad Bm Virgi-
nem Thaumaturgam Tuchoviensem mittendo, Conclusum qua-
tenus aliquis R. Pr per Electionem mittat et R. Pr Fulgen-
tius cum Electo Capellano ex Capitulo Nostro discedat, In-
ventarium Ecclesiasticæ Suppellectilis revideat subscribat
et Voli Capitulo deferat.
Sub eodem Actu Adm R. Pr Prior proposuit qualiter Rndus
Lambertus Electus Orloviens petat revocari Rndum Prem Ze-
phyrinum. Conclusum quatenus R. P. Zephyrinus revocet
ad Monasterium Tynecense et in locum ipsius alter substi-
tuat.
Sub eodem Actu perlectæ sunt literæ Excellmi Dni Comi-
tis Teschinensis, qualiter à Conventu Nostro repetat

Trigintæ

triginta taleros Sileziticos, quos piè defuncto Rndmo Gaudentio Abbati Orloviensi mutuò concessit: Insuper qualiter Saecularis quidam Sacerdos, qui post mortem pie defuncti Gaudentij administravit Sacramenta, pro ejusmodi labore certum pensum requirat. Conclusum quatenus RPr Fulgentius Orloviam discedat, nec non de Suppellectili pie defuncti Rndmi Gaudentij inquirat, quibus indagatis Solvat Utrique.

Sub eodem Actu propositum qualiter Rndmus Lambertus Electus Orloviens Subsidium petat pro vindicatione Bonorum Abbatiae Orloviens. Conclusum quod Vnblis Communitas non denegatum sit Subsidium praefato Electo, dumodo videat Specialem effectum saltem in eliberatione Unius et Alterius Villae, post quem Notabilem effectum Vblis Communitas se eidem Rndmo Electo appromisit Subventuram.

Sub eodem Actu propositum qualiter Rndmus Lambertus Electus Orloviensis collocatos in Vnbli Capitulo mille tinfones repetat. Conclusum quatenus praefatus Rndmus Electus Orloviens Calculationem ex Villa Opatkovicensi quam nuper administrabat, nec non reliquorum Officiorum ex Substantia Monastica producat, qua quidem producta et expedita discernet de restitutione ejusmodi mille tinfonum.

Sub eodem Actu Conclusum quatenus Romam Scribat ad Excellmum Dnum Prosperum nec non ad alios Excellmos Dnos Patronos ratione promovendae Causae Parochiae Tynecens et Decimarum Wegrzynoviens, nec non pro eliberatione Congregationis Polono Bened.

Sub eodem Actu Rndus Pr Magister Novitiorum Supplicavit eliberari ab Officio Cellarij Vini et liberatus est. praevia tamen Notitia et declaratione Celsissimi Principis Abbatis Tynecens. juxta decreta ejusdem Celsmi.

Sub eodem Actu A Rndus Pr Prior decem aureos à Rndo Patre Mauro restitutos reddidit Rndis Patribus Thesaurarijs Gregorio et Fulgentio.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1712. Die verò 11 Februarij. Congregatis ad Sonum Campanæ Omnibus et Singulis Rndis Patribus Benigno Buchowski Vice Priore et S. Theologiæ Lectore, Gregorio Zaykiewicz Fabricæ Præfecto, Bogumilo Micielski, Stephano Bylina Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum, Fausto Mastalki Cantore, Florentio Tyrnawski, Justo Machulik Magistro Novitiorum Francisco Zaleski Provisore, Eustachio Cierocki Philosophiæ Lectore, nec non Religiosis Fratribus Diaconis Subdiaconis Clericis et Conversis. Ab Pr Stanislaus Wolsztynski Prior & Custos Tynecens recommendavit Omnibus & Singulis Rndis Patribus et Fratribus inceptum Jejunium quadragesimale, Silentium in Dormitorio, Orationes, & frequentiam in tempore ad Ecclesiam. Item Rndis Patribus Lectoribus Studium Morale & Philosophicum, Rndis Patribus Cantoribus Studium Cantus, Rndo Patri Vice Priori et Decano Solitam Visitationem Cellarum, Rndo Patri Provisori sedulam diligentiam et Sollicitudinem, nec non Rndo Patri Sacristæ debilam munditiem et diligentiam in Sacristia et Ecclesia. His ab Adm Rndo Pre Priore demandatis. Adm Rndus Pr interrogavit Adm Rndos Patres Stephanum Bylina, Justum Magistrum Novitiorum & Eustachium Philosophiæ Lectorem, quasnam rixas inter se habuerint feria quarta Cinerum. Compertum est eas evenisse

ex

ex primo impetu. Conclusum itaq- ut sicut publicè Unus alterum irreverenter laesit sic unus alterum mutuò deprecet, & pro ejusmodi ausu semel recollectionem absolvant. Nec non semel tempore benedictionis Mensae in Refectorio R.P. Stephanus baccillo ori apposito, R.P. Magister Novitiorum et Philosophiae Lector digito ori apposito flectere tenebunt. Praecautionem verò habent tam praefati Rndi Patres quam omnes et singuli Rndi Patres et Fratres ne in posterum odio aliquo aut impetu in se saeviant et exprobrent sibi, aut rixas excitent sub poena privationis Vocis activae et passivae irremissibiliter infligenda.

Sub eodem Actu perlectae sunt binae literae Romanae ab Excellmo Dno Prosperi qualiter Causa Decimarum Wegrzynovicens et Parochiae Tynecens nec non Congregationis Polonae Bened. procedat, sed cambium expectant Excellmi Dni Advocati circa facilius expedienda Negotia Monasterij. Conclusum ut sumptus pro ejusmodi Causis provideat.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die verò 26 Mensis Februarij. A R. Pr. Stanislaus Wolsztinski Prior et Custos Tynecensis, convocatis Consiliarijs ad residentiam Illmi et Rndmi Dni Martini Ciechanowic Juris Utriusq. Doctoris Canonici Vladislaviens. Commissarij Monasterij Nri Tynecensis cum facultatibus à Celsissimo et Illmo Principe Primate Regni et Abbate Nro subdelegati protunc in Monasterio Nostro praesentis, proposuit ratione Rndi Patris Joachim Korynski Praepositi Tuchoviensis in Decretis Visitationis nuper per memoratum Celsissimum et Illmum Principem expeditae, memorati protunc etiam in Monasterio Nro

Tynecensi praesentis, utrum hic et nunc causa ipsius dignoscenda nec ne? Conclusum quatenus prius Calculationes Officialium expediantur quibus expeditis, praefatus Andr. Pr. Joachim capitulariter vocet ad respondendum super omnia in processu ipsius expressa, et postea à Consiliarijs et Judicibus in Decretis superius expressis fiat decisio causae ipsius et juxta Decretum cum ipso procedat. vide inferius 3tia Novembr.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 die verò 7 Martij. Congregatis ad sonum Campanae Adm. Andis Patribus Benigno Buchowski Vice Priore et S. Theologiae Lectore, Gregorio Zaykiewicz Fabricae Praefecto, Fulgentio Krigowski Praeposito infirmorum, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tyrnawski, Francisco Zateski Provisore, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Cicinski Philosophiae Lectore, Adm. R. Pr. Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos Tynecensis curavit literas perlegi Romanas ab Excelmo Dno Prospero, in quibus haec praecipua continentur quod nimirum Causa Decimarum Wegrzynowicensium et Parochiae Tynecens. post Bacchanalia proponet in S. Rota. Ratione verò Unionis suspensum adhuc Negotium. Nihilominus stetit declaratio, quod scilicet, quo ad alia Monasteria posse confirmari à S. Sede Statuta in Generali Capitulo in Calvo Monte S. Crucis formata, excepto Monasterio Tynecensi et Lubinensi. Item qualiter cambium requirat pro Excellmis Dnis Patronis. Sententiatum est taliter.

R. P. Benignus intulit, quatenus specialis sumptus pro ejusmodi causis in Thesauro reponat, et cum Scitu Venerabilis Capituli exponat. Similiter scribat Romam et postulet quatenus Excelmi Dni Patroni regestum nobis porrigere dignentur

quando

quando et quot à Conventu Nostro receperint.

RP. Gregorius negativè pro ejusmodi Causarum Sumptibus hic et nunc, cùm non pridem pro Eiusmodi causis 20 aurei missi sunt.

RP. Fulgentius intulit, ut stringant ad ejusmodi congregandum Sumptum maximè illi qui fuerunt Causa hujus Unionis. Ratione Parochiæ Tynecens. RP. Josephus Sumptum exponat.

RP. Faustus intulit quatenus Sumptus exponat pro ejusmodi Causis.

RP. Florentius. exponat Sumptus

RP. Franciscus. exponat Sumptus. Sed ad ejusmodi congregandum Sumptum stringant etiam Præpositi Particulares.

RP. Justus. exponat Sumptus.

RP. Eustachius. exponat Sumptus.

Adm Rndus Pr Prior auditis sententijs Adm Rndorum Patrum intulit, quod sequenti posta decem aureos Dnis Patronis Romam mittet: et asseruit quod bonum et necessarium sit, quatenus Prælati particulares pro ejusmodi Causarum Sumptu contribuere teneant. Ratione Parochiæ Tynecens intulit fortiter subveniendum et agendum esse etiam à Venerabili Communitate Nostra, pro incorporatione ipsiusmet Parochiæ ad Monasterium Nostrum.

Sub eodem Actu propositum est ratione prætensionum inter Dnum Rosping et Monasterium Nostrum. Pro Officiorum Pacificatione nec non in gravioribus Negotijs Monasterij Nostri Adm RP. Prior cum Rndo Pre Magistro Novitiorum Cracoviam discessit.

15 Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò Martij. Congregatis ad Sonum Campanæ Adm Rndis Patribus, Benigno Buchowski Vice Priore et S. Theologiæ Lectore, Bogumilo Mycielski, Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum, Martino Barthon Sacrista, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tyrnawski

Celerario Vini, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Czerski Philosophiae Lectore. Adm RP. Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos Tynecensis produxit literas Romanas ab Excelmo Dno Prosperi de data 20 Feb. in quibus haec praecipua habebant quod cum Excellmis Dnis Advocatis validas rationes et jura omnemque modum in Negotijs Monrij Nostri Tynecensis adhibeat. Ratione Congregationi Polonae Benedictinae scripsit adhuc esse incertam decisionem, posse tamen confirmari Statuta lata in Monasterio Sae Crucis in Generali Capto exceptis Tynecensi et Lubinensi Monasterijs, ad ulteriorem eorum audiendam propositionem praejudiciorum et gravaminum, plenariamque decisionem. Causa vero Wegrzynovicensis et Parochiae Tynecensis brevi proponet sed sumptus pro ejusmodi Causis Necessarius. Interim etiam Excellmus Dnus Prosperi scripsit quod 10 aureos Cambium pro Excellmis Dnis Advocatis receperit sed parum dicit esse. Unde Compertum est quo Excellmi Dni Patroni Causarum Monasterij Nostri Vicentius, et Zyzini 20 dico viginti aureos à Monasterio Nostro tempore Prioratus Adm Rndi Pris Stanislai Wolsztynski receperint. Post haec Adm RP. Prior intulit quod sequenti Posta praefatis Excellmis Dnis Patronis mittet aureos decem pro quibus mittendis Septima Martij in praeterita Sessione Anni praesentis conclusum. Igitur in praesenti Actu connotatur quod triginta aurei expositi sint pro Negotio et Causis Monasterij Nostri scilicet pro eliberatione à Congregatione Polonae Benedictina et Decima Wegrzynovicensis et pro Parochiae Tynecensis incorporatione, nihil exposuit RP. Prior, sed tamen subveniendum esse asseruit. Conclusum quatenus non tan=

non tantum pro praefatis duabus Causis, sed etiam pro Incorporatione Parochiae Tynecensis, Sumptibus Conventus Nostri succuratur.

Sub eodem Actu propositum ratione Magnifici Dni Brzechwa Capitanei Krzeczowiensis, quod velit res suas transportare ex Foristerio Nostro et cedere de Szydzina, sed mille et centum florenos praetendat defalcationes. Conclusum quatenus praefato M. Dno Capitaneo potius mille et centum floreni reddant, et praefata Villa Szydzina pro Conventum Nostrum administret. Quantum vero ad praetensiones mille et centum florenorum, Supplicandum Peritti et Rndmo Dno Martino Ciechanowic Canonico Kadislaviensi Monasterij Tynecensis in Spiritualibus et temporalibus Commissario, quatenus eos nobis mutuo concedere dignet cum restitutione Eidem Rndmo ad omnem requisitionem, cum Omnigratiarum Actione.

Sub eodem actu Conclusum quatenus prosequatur Alterius Causa Monasterij Nostri ratione in Certi census, et non probati tamen allegati a Magnifico Dno Palatino Cracoviensi in Curia Generali Regiae Majestatis.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 die vero 18 Martij. Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus, Benigno Buchowski Vice Priore et S. Theologiae Lectore, Gregorio Zaykiewic Fabricae Praefecto, Bogumilo Mieczelski, Stephano Szylica Martino Barthori Sacrista, Fulgentio Krigowski Praepto Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tyrnawski Cellerario Vini, Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Czierzski Philosophiae Lectore nec non Religiosis Fratribus Bernardo Glinski Hyacintho Poradowski Diaconis, Gerardo, Matthia Subdiaconis Oddone, Aegidio Clericis, Mellito, Augustino Choristis, Modesto et Feliciano Conversis. Adm Rndus

Pr Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos Tynecensis deman-
davit Religioso Fratri Feliciano quatenus uti redux ex
Commissione Radomsciana cum RPre Ferdinando qui in-
terea remansit in Oppido Opatowicensi propter insperatam
infirmitatem, Venerabile Capitulum informet qualiter Cau-
sa Monasterij Nri successerit, qui respondit quod ex Par-
te favorabiliter processum sit prout etiam documenta favo-
rabilia produxit. Ac immediate petitum est à Venerabili
Capitulo quatenus Adm Rndus Pr Stanislaus Wolsztynski
Prior et Custos Tynecensis ex gratia sua
dignetur cum ejusmodi documentis et in Alterioribus Mo-
nasterij Nostri Negotijs et Causis Varsaviam pro Com-
missione discedere cum Socio sibi bene viso.

Sub eodem Actu Conclusum quatenus Capitulariter
Scribatur Litera gratiarum Actoria ad Celsissimum Prin-
cipem Primatem Regni Abbatem et Protectorem Nostrum
Clementissimum pro benigne nobis concessis togis

Sub eodem Actu conclusum quatenus Vblis Communi-
tas Nostra Sumptum exponat pro incorporatione Paro-
chiae Tynecensis Monasterio Nostro

Sub eodem Actu A.R.P. Prior retulit in Venerabili
Capitulo qualiter mille et Centum florenos praetensio-
nes Exsolverit Magnifico Dno Brzechwa Capitaneo
Krzeczoviensi pro eliberatione Villae Szydzina, et
qualiter contractum recepcit et complanationem
fecerit, liberamque Villam praefatam, ad Manus Conven-
tus reddiderit praefatus Magnificus Dnus Capitaneus.
Interim demandatum est Ando Pri Gregorio Zaykiewicz
et Rndo Patri Stephano quatenus se conferant ad
praefatam Villam Szydzina et eam revideant, conno-
tent

tent, Inventaria conscribant, et eam pro Conventu Nostro iterum recipiant.

Sub eodem Actu conclusum quatenus P. Fabianus excella, alio transferat et occludat.

Sub eodem Actu conclusum quatenus F. Modestus recollectionem absolvat pro commisso nuper in Culina excessu.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò 8 Aprillis. Congregatis ad Sonum Campanae Rdm Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Suppriore et S. Theologiae Lectore, Gregorio Zaykiewicz, Bogumilo Micielski, Stephano Bylina, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tyrnawski, Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Josepho Paczynski Parocho Tynecensi, Eustachio Czernski Philosophiae Lectore. propositum est qualiter Dni Deputati Milites restantem hybernam ex Oppidis Bizostek et Oppatowiec repetant, nec non Contentationem requirant. Conclusum quo ad restantem hybernam eam reddendam esse, quo verò ad Contentationem Conclusum non eē à Nobis dandam, quinimo omnibus modis obveniendum.

Sub eodem Actu perlectae sunt literae Romanae Dni Prospery de data 27 February hucusq. detentae. quod Causa Decimarum Wgrzynoviensium male successerit. Causa verò contra Contra Congregationem Polono Benedictinam prosperata est. Sed Cambium requirunt Dni Patroni.

Sub eodem Actu productae sunt literae Romanae de data 12 Martij anni praesentis quod Negotium Congregationis remissum sit ad Sacram Congregationem Particularium Episcoporum et Regularium, et qualiter Rndmus Mirecki abbas S. Crucis neget quod sit Electus Praesidens ejusmodi Polono Benedictinae Congregationis et erubescat, siquidem constitutiones nec-

dum

dum sint approbatae à Sacra Sede, secundum quas in Calvo Monte in Generali Capitulo dispositiones et Electiones fuerunt institutae. Causa verò Decimarum et Parochiae Tynecensis post Pascha renovabitur et proponetur.

Sub eodem Actu perlectae sunt literae Romanae, Dni Ulisses de data 27 Martij, quod Causa Decimarum Węgrzynovicensium infelicem habuerit exitum, sed necdum finita Causa et Ultima resolutio. Negotium Congregationis Polono-Benedictinae poterit habere felicem Exitum dummodo unitim cum Rndis Patribus Lubinensibus et alijs Monasterijs reclamantibus conveniamus. Sed Cambium requirit.

Sub eodem Actu perlectae sunt literae Romanae Dni Sisini de data 27 Martij, quod Causa Monasterij Tynecensis ratione Congregationis Cluniacensis cui canonice aggregatum est Monasterium Tynecense, fuerit proposita nec non dependentia aliorum Monasteriorum à Monasterio seu verius Archi-Coenobio Tynecensi, et quod Congregatio Polono-Benedictina vix prosperum exitum et favorabilem decisionem habebit, siquidem etiam Cassinensis Congregatio in Italia, reservaverit sibi jura in Salvo visitandi Monasteria in Polonia et Magno Ducatu Lithvaniae sita, et Cassinensi Congregationi aggregata. His diligenter perpensis conclusum est quatenus constanter in ejusmodi Causis procedamus, praesertim ratione Decimarum Węgrzynovicensium, ratione quarum conveniendum cum Dno Parocho in Gorka cum sit Valetudinarius, si non aliqua Spes pacificationis cum Ipso et Conventu Nostro Tynecensi eveniet.

Sub eodem Actu ARPr Prior proposuit ratione Patris Gregorij Zaykiewicz qui in festo Sanctissimi Patris Nostri Benedicti in Conclusione Solemnitatis publice in Ecclesia tempore Expositionis V. Sacramenti scandalum fecit, ebrius vociferando, ad Tybicines daly dalyete. cum Rndmus Dnus Martinus Ciecha

chanowic Canonicus Vladislaviensis Monasterij Mi Tynecensis Commissarius Sacratissimo Venerabili populum benedicturus esset, non sine admiratione populi et hospitum, et Scandalo, ad tantum clamorem cum protunc Praefatus Pater Gregorius totus in motu propter ebrietatem in processione cum risu multorum processisset. Et requisivit A R P. Prior utrum ipse deberet praefato Patri Gregorio assignare poenitentiam an Capitulariter per vota judicari. Quoniam vero Rndi Patres Ildephonsus Trzemeski Senior Pater, et Maurus Rubinkowski Decanus decumberent et R P. Guilhelmus Visitator Locorum Particularium in Cella sua occupatus fuissent missum est pro Voto ad ipsos et Sententiatum est Capitulariter taliter.

R P. Benignus Supprior petiit ut Capitulariter judicet R P. Gregorius cum plurima veniant contra Praefatum Patrem Gregorium proponenda.

R P. Ildephonsus Trzemeski votum dedit ut R P. Gregorius Capitulariter judicet.

R P. Maurus Rubinkowski voluit ut R P. Gregorius Capitulariter judicetur.

R P. Guilhelmus sententiam dedit ut R P. Gregorius Capitulariter judicet.

R P. Bogumilus indiferenter votum dedit.

R P. Stephanus ad libitum Superioris

R P. Martinus votum dedit ut R P. Gregorius capitulariter judicetur.

R P. Fulgentius votum dedit ut Capitulariter R P. Gregorius judicetur quoniam toti Conventui confusionem fecerit.

R P. Faustus ad libitum Superioris

R P. Franciscus indiferenter.

R P. Justus ad libitum Superioris.

R P. Josephus indiferenter

R. P. Eustachius sententiam dedit ut Capitulariter judicetur.

Adm RPr Prior auditis sententijs, cum interea tempus esset pro Conventuali Sacro, Actum limitavit ad diem sequentem pro judicio et Decreto ferendo.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die vero 9 Aprillis. Congregatis ad sonum Campanae Suprascriptis Adm Rndis Patribus propositum est ratione Dni Streszczkowski, qualiter sibi praetendat Solutionem pro Piscibus quibusdam in Stagno Radziessoviensi relictis adhuc ante decem annos cum praefatam Villam Radziessow administraret. Conclusum quatenus ejusmodi Negotium cum Dno Streszczkowski suspendatur ad pleniorem relationem Rndi Patris Zielonacki pro tunc Prioris cum complanationem fecit cum praefato Dno Streszczkowski. Interesvaviter conveniendum cum praefato Dno ut paulisper expectarevelit donec ultima Complanatio et quietatio producatur.

Sub eodem Actu conclusum quatenus ARP. Joachim Kozynski Praepositus Tuchoviensis in instanti reponat Summam hybernalem quadringentorum et octo florenorum quam Summam ARP. Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos Tynecensis pro Villa Dombrowka Dnis Militibus Deputatis solvit. Conquestus est autem ARPr Prior qualiter Dni Milites illam pecuniam in praesentia Rndmi Dni Martini Ciechanowic Canonici Vladislaviensis Commissarij Tynecensis Monasterij arripuerunt et eam pro contentatione non autem pro hybernali Summa se ~~[illegible]~~ accepisse dixerunt et quietationem extradere noluerunt ac immediate discesserunt. Nihilominus de praefata Summa ARP Praepositus Tuchovien. docere debet si non aliter constabit. Vide infra 29 Apprill. Sub

Sub eodem Actu personaliter veniens R.P. Gregorius Zaykiewic ad Capitulum, prostrationem fecit, et petijt Clementiam quatenus charitativè et clementer possit judicari sup factum Casum in festo Sanctissimi Patris Nostri Benedicti, et hoc quidem per Subordinationem Adm Rndi Patris Prioris per Rndum Patrem Franciscum Provisorem. Interim Rndi Patres simulatam Rndi Patris Gregorij demissionem intelligentes et agnoscentes, eoquè immediate ex Mandato A Rndi Patris Prioris ex Capitulo aggresso de judicio et Decreto formandi prosequerunt. Quoniam verò R.P. Gregorius uti ex natura sua cuique infensus, nec mortuis nec vivis parcens, contumelijs singulos Rndos Patres praesertim superiores tam praesentes quàm praeteritos (cum quibus nunquam concordavit) affecerit, et ob alias infamias huiusq non punitas praesertim ob ebrietatem scandalosam, incorrigibilitatemque tam in ea quam in supra dictis contumelijs, et maximè ob scandalum Notorium dignissimis Personis, externis hospitibus, ideo contra illum tanqm inquietum et turbatorum domesticae Pacis sententiatur taliter per Vota Rndorum Patrum Capitulariter requisitorum.

R.P. Benignus Supprior censuit ut R.P. Gregorius judicetur juxta Decretum contra Calumniatores, et pro hoc scandalo pro demerito puniatur et privef Voce Activa et passiva per Unam hebdomodam.

R.P. Ildephonsus intulit ut R.P. Gregorius Ultimus post Presbyteros collocef

R.P. Maurus intulit. Quandoquidem R.P. Gregorius statim post Professionem suam et per extensum huiusq inquietus et ebrius, scandalosus et malitiosus existat ideo puniendus est acrius ut caeteri metum habeant, et quidem juxta potiorem sententiam Venerabilis Capituli.

R.P. Guilhelmus considerando tot circumstantias aggravantes delicti Rndi Patris Gregorij, praesertim cùm sit incorrigibilis in sua ebrietate, et Rndos Patres incessanter contumelijs afficiat

ideo censuit Rndum Patrem Gregorium privari Voce Activa et passiva usq; ad Ulteriorem decisionem Vblis Capli, ex fabricæ quoq; administratione deponi ac ultimo loco collocari.

R.P. Bogumilus idem Votum protulit quod A.R.P. Guilhelmus

R.P. Stephanus intulit, ut pro hoc solo Excessu modo puniat reservatis alijs Excessibus et Contumelijs quibus affecit Rndos Patres, et obligavit se quod velit puncta in Scripto porrigere contra Rndum Patrem Gregorium.

R.P. Martinus intulit ut R.P. Gregorius privet Voce Activa et passiva et ab officio fabricæ deponat hebdomodamq; teneat in Choro et dixit quod sit à Pre Gregorio Colaphizatus.

R.P. Fulgentius censuit ut R.P. Gregorius privet Voce Activa et passiva, et ab officio Fabricæ deponatur, hebdomodamq; teneat in Choro.

R.P. Faustus intulit ut R.P. Gregorius prostrationes faciat, genuflexiones, et quoniam Rndum Patrem Martinum colaphizavit ideo dixit eum esse ipso facto excommunicatum.

R.P. Florentius censuit ut R.P. Gregorius privetur Voce Activa et passiva usq; ad decisionem Vblis Capli.

R.P. Franciscus votum dedit ut R.P. Gregorius jejunet aliquoties in pane et aqua, faciatq; ad libitum Superioris prostrationes.

R.P. Justus Sententiam dedit ut R.P. Gregorius hebdomodam in Choro teneat, Cæterum in Charitate per Superiorem puniatur.

R.P. Eustachius intulit ut juxta Votum Rndi Patris Guilhelmi et Supprioris R.P. Gregorius puniatur.

Adm Rndus Pater Prior auditis Sententijs Adm Rndorum Patrum Votum dedit tale ut R.P. Gregorius hebdomodam interim teneat, remittaturq; Actus Capituli

ad

ad Celsissimum Principem Primatem Regni et Abbatem Nrum, expectetque praefatus R. P. Gregorius definitivam sententiam Celsissimi Principis, quandoquidem praefatus Pater Gregorius posset non esse contentus ex judicio et correctione Nostra fraterna. Itaque ex pluralitate Votorum Adm Rndorum Patrum, Decretum contra Rndum Patrem Gregorium latum confirmari desideratur à Celsissimo Principe Primate Regni et Abbate Nostro Tynecensi.

Satisfecit.

Sub eodem Actu R. P. Eustachius Czernski Philosophiae Lector renuit dare Lectionem Philosophicam, propter nonnullas sibi factas injurias, quas fusius Celsissimo Principi explicare se appromisit.

Sub eodem Actu propositum est qualiter Celsmus Princeps Primas Regni Abbas Tynecensis repetat à Conventu Nro duo millia quae Rndus P. Josephus Stante suo Prioratu pro oppignoratis aureis et aurea Cruce apud D. Krulik per Rndum Patrem Theodorum Zielonacki Antecessorem suum, ijsque eximendis exposuit. Postea in Conclavi horis pomeridianis apud Perillm et Rndm D. Commissarium copulusum quatenus Comunitas solvat et reddat debitum eidem Celsissimo, siquidem R. P. Josephus allegavit praefatos aureos ivisse in usum Communitatis Nostrae.

Sub eodem Actu injunctum est Patri Benigno Supprioris et Notario, quatenus praesentis Capituli Actum ratione R. Patris Gregorij remittat ad Celsissimum Principem Primatem Regni et Abbatem Nostrum.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die vero 14 Aprilis Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Supprioro et S. Theologiae Lectore nec non Secretario Capituli Guilhelmo Czerniewski Visitatore Locorum Particularium, Gregorio Zaykiewicz Fabricae Praefecto Stephano Bylina, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Proposito Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore Florentio Tyrnawski, Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulek Magistro Novitiorum, Josepho Paczynski Parocho

Tynecensi, Eustachio Czernski Philosophiae Lectore, nec non Religiosis Fratribus Bernardo Glinski Hyacintho Poradowski Diaconis, Gerardo Mellowski Matthia Siewierski Subdiaconis Benedicto Subdiacono, Aegidio Oddone Clericis, Laurentio Mellito, Augustino Choristis, Cypriano, Paschali Converis factum est Scrutinium Secundum de Fratribus Novitijs Suscipiendis nimirum Joanne Chotecki, Georgio Wyrzikowski, Sigismundo Miekieszka, Casimiro Chudzinski, Placido Chudzinski Adriano Rubinkowski, Ignatio, Collectis igitur Votis Suprascriptorum Adni Rndorum Patrum et Fratrum, nec non acceptis sententijs ab infirmis Rndis Patribus Adolphatio Trzemeski, Mauro Rubinkowski Hugumilo Miecielski, conclusum est ut praefati Novitij pro ulteriori Scrutinio teneantur, nec non praefati Novitij literas recommendatitias quantocius producant, qui necdum produxerunt.

Sub eodem Actu propositum est qualiter R.P. Fabianus humiliet se, et doleat quod injuste vexaverit Rndos Patres et Fratres, et quomodo petat Clementiam quatenus e Carcere possit transferri cum defacto graviter infirmetur. Conclusum ut in Cella honeste conservetur et in omni Charitate tractetur.

Sub eodem Actu de Vestiario propositum, et quoniam ex antiquis temporibus ibi Vestiarium constitutum erat ubi erat Novitiatus modernus, deinde quoniam defacto Cellulae ibidem ante aliquot Annos extructae, nunc vero ex mandato Adm Patris Prioris dirutae et amotae sint ac ibidem Locus vacuus reperiatur, ideo conclusum ut in eo Loco constituat Vestiarium. Similiter de Infirmario quatenus ex Opposito Apothecae constituat conclusum.

Sub eodem Actu perlecta est assecuratio Generosi Dni Trzeszczkowski qualiter nihil amplius praetendat a Conven=

ventu Nostro Tynecensi et recedat ab omnibus pretensionibus, et qualiter perpetuum silentium praefatarum pretensionum fecerit.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Domini 1712. Die vero 16 Apprillis, Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus redeuntes ex Commissione Radomsciana R.P. Ferdinandus et Frater Felicianus relationem dederunt, qualiter declarata nobis sit Semi trium millium summa, pro recompensatione damnorum illatorum à Militibus Vexilli gravioris Armaturae Serenissimi Principis, filij Serenissimi Regis Augusti, et quod centum florenos ad rationem ejusmodi summae Radomiae acceptos ad manus A Rndi Patris Prioris reddiderint.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die vero 18 Apprillis Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus perlectae sunt literae Dni Prosperi Roma de data 26 Martij quod Cambium pro aureis viginti receperit ratione causae Congregaõnis Polono Benedictinae. Quoniam vero aureos triginta pro ejusmodi causa misimus ideo pro decem restabat testimonium. Post haec Adm R.P. Prior Vota requisivit utrum Cambium Ulterius mittendum nec ne? Conclusum quatenus de missione Ulterioris sumptus expectetur donec relationem alicujus effectus pro parte nostra videamus.

Sub eodem Actu A R.P. Prior monstravit nobis quandam Citationem, qualiter D. Parochus Warzycensis Conventum Nostrum Citet ratione Decimarum ab aliquot annis non perceptarum. Compertum autem est in Originali, quod Parochus Warzycensis decimas percipere debeat.

Sub eodem Actu A R.P. Prior de mittendo Capellano Tuchoviam, qui hucusque desideratur proposuit. Suspensa est Conclusio.

Sub eodem Actu productae sunt literae Generosi Dni Gawrzski qualiter Rndo Patri Dominico ad Thaumaturgam residenti Septingentos florenos pro Capella et alijs necessarijs ut moris fuit, dederit, et requirit reliquum, ad Computum trium millium juxta Contractum à Conventu Nostro datum quotannis reddendum ubi reponat. Conclusum, quatenus rescribatur Generoso Dno

Gawronski quatenus reliquum Conventui Nostro reponat, donec de Villa Siedliska qm ad praesens, Generosus Dnus Gawronski administrat, et de fundatione ipsius disponat juxta intentionem fundatorum, in Visitatione per Rndsm Dnum Commissarium ibidem Fuchoviae expedienda.

Sub eodem Actu A R P. Prior proposuit de mittendo aliquo Adm Rndo Patre cum Socio Varsaviam, ratione pacificationis cum Magnifico Dno Capitaneo Cracoviensi ratione praetensionis quot annis Novem florenorum solvendorum Praefato Magnifico à Conventu Nostro. Et quoniam A R P. Prior se excuset pro ejusmodi itinere alijs Negotijs Monasterij occupatum, ideo Conclusum quatenus Scribatur, et supplicet Conventus Celsissimo Principi quatenus dignet Causam istam accipere in suam Protectionem. Et quodsi aliter non potest fieri nisi ut aliquis ex gremio Nostro discedat, conclusum pro Religioso Fratre Feliciano cum Socio Saeculari. Vide inferius An. 1714 9

Actum in Monasterio Tynecens Anno Domini 1712. Die vero 26 Apprillis Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus Productae sunt literae Romanae Dni Prosperij de data 2 Apprillis quod ratione Parochiae Tynecens difficultas sit. Ratione Decimarum Węgrzynoviensium requirunt Dni Patroni ulterius cambium, Informatio praefatae Causae propositae Węgrzynoviens modo typis editur, pro una autem Filura 15 florenos oportet dare.

Sub eodem Actu productae sunt literae Dni Lisini de data 2 Apprillis. Ratione Congregationis proposita est causa contra Rndmm Mirecki abbatem S. Crucis, et puncta porrigentur, quorum Copiales transmissae sunt Conventui Nostro. Causa etiam Parochiae Tynecens proponet in Sacra Rota. Conclusum ut pro Causa contra Congregationem Rndmi Mirecki aurei decem mittantur. Ratione Decimarum Węgrzynoviens conclusum ut RR Patres Gregorius et Fulgentius discedant ad Dnum Parochum in Gorka modernum Successorem quatenus conveniant cum ipso Nomine totius Nostri Conventus, si non erit spes pacifi-

catio-

cationis inter ipsum et Conventum Nostrum Ratione Parochiae Tynecensis persuasum, ut R. P. Josephus omnibus modis proprijs sumptibus agat pro introductione sua.

Sub eodem Actu perlecta est Citatio data Conventui Nostro ab Illma Nunciatura de data 3 Apprillis Anno 1712. Quatenus intra terminum duorum Mensium Romae in Sacra Congregatione allegamus jura et rationes sive per nos sive per Plenipotentiarios Nostros, per quae et quas, Jurisdictionem in Spiritualibus DD. Commendatariorum Abbatum Abbatum Monasterij Nostri recognoscere debeamus; eorumque ordinationibus et Mandatis subesse, Decretum desuper ferendum praestolaturi. Quae quidem Citatio transmissa est et communicata Celsissimo Principi.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die vero 29 Apprillis, Congregatis ad sonum Campanae Adm Rndis Patribus, propositum eratione duorum millium Celsissimo Principi Primati Regni et Abbati Nro reddendorum, quam Summam R. P. Josephus pro exemptione aureorum centum quadraginta, et aurea Cruce ex peccunia Celsissimi Principis exposuit. Quoniam vo in privata sessione inconclavi apud Perillrm et Rndm Dnum Martinum Ciechanowic Commissarium Monrij Nri Tynecensis conclusum fuerat quatenus Ubis Nostra Communitas eidem Celsissimo Principi praefatam summam reddat siquidem R. P. Josephus protum Prior Monrij Tynecensis exemptos aureos centum quidem Rndo Patri Mauro Rubinkowski Successori suo reddiderit ex quibus compertum est quadraginta ivisse pro comparandis Piscibus et sexaginta de facto apud modernum Rndum Patrem Priorem repositi erant, quadraginta vero pro Expeditione Causarum in Urbe Roma agitantium cesserint, ideo iterum sententiatum est taliter

R. P. Supprior votum dedit quatenus V. Communitas praefatam summam Solvat Celsissimo Principi, et postea R. P. Josephus de ejusmodi summa requiratur.

R. P. Gregorius Sententiam dedit quatenus R. P. Josephus Solvat praefatam Summam Celsissimo Principi, et tamdiu in Carcere sedeat donec non exsolverit.

R. P. Guilhelmus sensum suum dedit ut sicut semel in Conclavi conclusum fuit quatenus V. Communitas Celsissimo Principi praefatam summam solvat sic etiam modo sentiat se obligatam ad solvendam et postea R. P. Josephus in reliquo stringat ad restitutionem Conventui Nostro.

R. P. Stephanus idem votum suum dedit ut V. Communitas solvat Celsissimo Principi praefatam summam cum eadem reflexione.

R. P. Martinus idem votum dedit

R. P. Fulgentius idem

R. P. Faustus idem

R. P. Florentius idem

R. P. Justus idem

R. P. Josephus recognovit quod ex pecunia Celsissimi Principis Primatis Regni pro oppignoratis praefatis aureis et aurea Cruce duo millia exposuerit

R. P. Eustachius cum pluralitate votorum sentit.

A R. P. Prior auditis votis Adm. Rndorum Patrum reddidit ad manus A R. Patrum Gregorii et Fulgentii Thesaurariorum aureos sexaginta cum crucibus duabus aureis, receptos a R. Pre Mauro Rubinkowski praeterito Priore Tynecensi, juxta recognitionem ejus in Charta Speciali porrecta quos aureos cum Unam Crucem R. P. Josephus oppignoratos, duobus millibus ex pecunia Celsissimi Principis exemit. Et conclusum quatenus V. Communitas solvat Celsissimo Principi et restituat duo millia. Quantum vero ad modum solutionis et restitutionis praefatorum millium sententiatum est taliter.

R. P. Supprior votum dedit ut istis sexaginta aureis cum reliquo additamento ad computum summae duorum millium reddendo, Celsissimo Principi solvat.

R. P. Gregorius votum dedit ut R. P. Josephus solvat

R. P. Guilhelmus, ut R. P. Josephus solvat

R. P. Stephanus votum dedit ut istis sexaginta aureis cum additamento residuitatis ad computum duorum millium, Celsissimo Principi solvat.

R. P. Martinus idem.

R. P. Faustus supplicandum Celsissimo pro ulteriori expectatione,

R. P. Florentius nescit modum.

R. P.

R.P. Justus aurei reddant 60 cum reliquo additamento
R.P. Josephus recognovit quod praefatos aureos pecunia Celsmi Principis eximerit. Caeterum de modo solvendi debitum in Arbitrium Ubli Communitatis commisit.
R.P. Eustachius cum pluralitate sensit.
A.R.P. Prior Votum suum dedit supplicandum eē Celsmo Principi ad Ulteriorem expectationem cum defacto exhausti simus.

Post haec propositum est quod Crux una fuerit in Theca Ubli Sacramenti alias Ac Monstrancieq, alia in Imagine Thaumaturga in Capella Tynecensi. Una quidem reperta est ex Theca Ubli Sacramenti alias Z Monstrancieq, alia vero major et pretiosior non est reperta quae fuerat in Imagine Bsmae Virginis, sed alia tertia aliunde acquisita à Dno Mirecki ac si donata respectu Arendae Parochiae Tynecensis eidem Patri Josepho, tandem modo praesentata, quam sibi restitui petit Dnus Mirecki. Alij Nonnulli Rndi Patres supposuerunt praefatam Crucem ex Imagine repositam eē cum Argenteria in loco secluso. Deinde propositum quod Crux etiam ex Succino aliàs Z Bursztyna perierit quae antea in Sacristia in Thesauro conservari solebat. His auditis conclusum quatenus Regestra producant totius Argenteriae et Thesauri Ecclesiastici Monrij Tynecen, sed quoniam ob hostilitatem allegatur absconditam esse hanc argenteriam in secluso loco, de qua A.R.P. Zielonacki et R.P. Franciscus Zaleski Provisor sciunt, ideo conclusum ut suo tempore ejusmodi Argenteria praesentet et revideatur, et pro ejusmodi notitia revocet et investigetur tam R.P. Theodorus qm R.P. Franciscus.

Sub eodem Actu propositum ratione citationis ab Illma Nunciatura nomine Emmorum Cardinalium deputatorum à Sfmo de disceptanda Jurisdictione in Spiritualibus restrictiva Monrij Tynecen. Conclusum quatenus in Conclavi Perillis et Rndmi Dni Commissarij sententiet et consulat.

Sub eodem Actu propositum est ratione mittendorum Rlsorum Fratrum ad Sacros Ordines. Interea A.R.P. Prior pro=

posuit quod Religiosi Fratres de quadam ipsis facta oppressione à Rndis Patribus scripserint ad Celsm Principem, deinde quod ad Sacros ordines, et ad Studia non mittant extra Monasterium. Quia verò Rndi Patres fassi sint quod nihil unquam ipsis fecerint et de facto nullam faciant oppressionem (quinimo petierint quatenus Relsi Fratres stringant ut specificet nominent suos Persecutores) et potius arrogantia praefatorum Rndorum Fratrum appareat, ideo in primis Conclusum est quatenus singillatim examinent, i quoniam habeant oppressiones et in quibus molestent, et postea cognitis rebus si aliter evenerit puniant. Ratione S. Ordinum conclusum ut ante quinquennium Nemo promoveat ad Presbyteratum neque discoli et impacifici mittant ad Sacros ordines donec specialem fecerint correctionem. Ratione Studij conclusum nonnisi quietos et bonae spei Fratres ex quibus fructus Monasterio sperandus, mittendos esse. Interea R.P. Eustachius Philosophiae Lector petijt quatenus Relsi Fratres Diaconi Bernardus et Hyacinthus examinent ex Universa Philosophia de profectu suo, et postea expleto quinquennio rigorosè ad Sacros ordines examinent. Quod totum deferendum erit Celsissimo Principi.

Sub eodem Actu A.R.P. Joachim Korzynski Praepositus Tuchoviensis personaliter veniens ad Capitulum petijt Capellanum ad Thaumaturgam Tuchoviensem. Quoniam vero expectat mutatio Subjectorum ad dispositionem Celsissimi Principis, ideo conclusum est quatenus A.R.P. Praepositus Tuchoviensis aliquem sibi bene visum ex Rndis Patribus residentibus ad tempus applicet donec aliter juxta Constitutiones et Decreta Nupernae Visitationis disponatur. Quoniam verò 200 floreni pro absolvendis Missis relicte sint penes praefatum A.R. Prem Praepositum, ideo visum est Vbi Capto, quatenus ejusmodi obligatio infer Patres quantotius distribuat.

Sub eodem

Sub eodem Actu A R P. Prior proposuit, quod à Rndo Patre Joachim Kozynski receperit quadringentos dico 400 et Septem florenos, quos Adm Rndus P. Prior (ut habet Actus Capitularis Nona Apprillis celebratus, Dnis Deputatis pro Villa Dombrowka ratione restantis hybernae ipsa Praesentia Perillustris et Rndsmi Dni Commissarij solvit.

Sub eodem Actu A R P. Praepositus Tuchoviensis proposuit quod sint adhuc aliquae Obligationes absolvendae pro hybernali quadam summa, quam Domini Milites Deputati condonarunt Tuchoviensi Praeposito in hunc finem ut Nonaginta Missae absolvant et Votum aliquod Speciale comparet. Quoniam vero allegatum est ab Adm Rndo Pre Praeposito, quasi ejusmodi summam hybernalem à Rusticis sibi contribui R P. Stephanus curaverit, et hucusq; ejusmodi Obligatio ad effectum necdum deducta sit, A Reverendus P. Stephanus quoq; neget, se ejusmodi summam à Rusticis recepisse, ideo conclusio suspensa est usq; ad revisionem in Bonis Tuchoviensibus futuram.

Sub eodem Actu ratione Villae Giedlisk et ejus fundatione, nec non obligatione ad Thaumaturgam Tuchoviensem exequenda suspensa etiam est decisio usq; ad revisionem ibidem futuram per Perillrm et Rndm Dnum Commissarium.

Sub eodem Actu demandatum est Rndis Patribus Benigno Suppriori et Justo Magistro Novitiorum quatenus res post Obitum Adm Rndorum Patrum Ildephonsi et Fabiani connotent revideant, et postea juxta Constitutiones ad Vestiarium deportent.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 7 Maij. Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus. Adm Rndus Pr Prior proposuit quod Rndus

Dnus

Dnus Parochus petat Andes Patres Tynecenses pro Introductione Novi Parochi, cui Parochiam suam Rybnensem resignavit praefatus Dnus Parochus uti Veletudinarius. Quoniam verò Collatio penes Conventum Nostrum sit et Andus Dnus Parochus praejudicium nobis fecerit, ideo conclusum est praetestandum esse contra praefatum Dnum Parochum, et alium esse à nobis praesentandum.

Sub eodem Actu A.R.P. Prior convocatis Religiosis Fratribus, interrogavit juxta anteriorem conclusionem Capituli quasnam oppressiones habeant à Andis Patribus procit illos A.R.P. Prior ad Celsissimum Principem scripsisse dixit, qui dixerunt se non habuisse nec modo habere oppressionem à Andis Patribus, sed quod tantum supplicaverint Celsissimo Principi quatenus possent mitti ad Sacros Ordines et ad Studia. His auditis A.R.P. Prior requisivit Vota Andorum Patrum utrum Religiosi Fratres mittendi sunt ad Sacros Ordines nec ne? Et quidem Religiosi Fratres Bernardus Hyacinthus pro Presbyteratu, Matthias et Benedictus pro Diaconatu Aegidius et Oddo pro Subdiaconatu. Conclusum si digni invenient mittendos esse, praevia tamen conferentia cum Peritti et Andmo Dno Commissario.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1712. Die verò 27 Maij. Congregatis ad Sonum Campanae Hdm Andis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Guilhelmo Decano, Stephano Bylina Magistro Ceremoniarum, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Cellerario, Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Philosophiae Lectore, Perlectae sunt literae Romanae ab Excelmo Dno Prosperi ratione mittendi Cambij

Cau-

Causis Decimarum Węgrzynovicens. Parochiae Tynecens. et contra Congregationem Rndmi Mirecki Abbatis S. Crucis. Conclusum ratione Decimarum Węgrzynovicensium conveniendum esse cum Successore Moderno seu potius cum adversarijs hujus Causae. Ratione Congregationis similiter conclusum quatenus contra eandem cambium mittat. Ratione Parochiae Tynecens. etiam conclusum ut pro incorporatione illius Monasterio Nro, cambium mittat, à nonnullis etiam sententiatum est; quatenus R. P. Josephus causam Parochiae Tynecensis expediat sine onere Communitatis Nostrae.

Sub eodem Actu mentio habita ratione duorum millium Celsissimo Principi Primati Regni et Abbati Nro restituendorum ut Actus habet 9 Aprilis in anno praesente 1712 superius celebratus et de mutua ejusmodi concedenda peccunia propositum, conclusum est, supplicandam Perillustri et Rndmo Dno Martino Siechanowic Canonico Vladislaviensi Monasterij Nostri Tynecens. Commissario, quatenus praefatus Perillustris et Rndmus Dnus praedicta duo millia nobis mutuo concedere dignet, cum restitutione eidem Perillustri et Rndmo ad omnem requisitionem cum omnimoda gratiarum actione.

Sub eodem Actu propositum ratione Villae Zorzow et Bukow quas Villas ad Apothecam pro infirmis Fratribus pertinentes ad praesens administrat Generosus Dnus Gniatkowski, utrum praefatarum Villarum Administratio à Gnoso Dno Gniatkowski repetenda, an ulterius ipsi concedenda sit.

A R P. Guilhelmus Pensum suum dedit prius complanandum esse cum ipso de praetensionibus.

A R P. Stephanus renunciandam esse praefato Dno Gniatkowski arendam censuit.

A R P. Martinus similiter. et 300 florenos ad Sacristiam prius ab ipso repetendos asseruit.

2 A R P. Faustus renunciandam esse censuit.

1 A R P. Fulgentius idem.

A R P. Franciscus idem, idque addidit ut repetatur Calculus

à præfato Dno Gniatkowski ratione Administrationis in Villa Opatkowice quam antea administrabat, deinde de prætensionibus etiam conveniat.

A R P. Justus idem.

A R P. Eustachius cum pluralitate sensit.

A R P. Prior censuit, ut Sr Dnus Gniatkowski petit administrationem ulteriorem, quatenus præfatus Dnus Gniatkowski contractum novum habeat. Injuxit vero Ando Patri Provisori ut cum illo complanet ratione Villæ dictæ Opatkowice, et post ejusmodi Complanationem et sopita prætensiones renuncietur ei Arenda seu Administratio Villarum Zorzow et Bukow.

Sub eodem actu A R P. Prior proposuit, Celsissimum Principem scripsisse ad Rndmum Dnum Commissarium ratione relictarum pecuniarum nonnullarum post obitum A R Pris piæ memoriæ Ildephonsi Trzemeski! Ac Interim R P. Martinus recognovit quod relicti fuerint imperiales sexdecim aureis hummis duos tinfones quinquaginta quam quidem summam Celsmus Princeps Abbas Nr Tynecensis pro certa Necessitate et Commoditate Monasterij Ordinavit.

Sub eodem Actu A R P. Prior proposuit quod R P. Joachim Kozynski Præpositus Tuchoviensis miserit centum florenos pro obligationibus Missarum absolvendarum, quæ pecunia deposita est apud R Prem Fulgentium Præpositum Infirmorum, donec decisio veniat, quantum solvi oportet pro singulis obligationibus.

Sub eodem Actu A R P. Prior proposuit circa condimenta seu Aromata, et materias pro habitu Rndorum Patrum et Fratrum, quæ jam deportari et deponi curavit. Utrum et unde solvere debeamus? Conclusum est solvi ea debere ex proventibus Monasterij.

Sub eodem Actu propositum est ratione R Pris Damasceni Jarzski qui cum destinatus fuisset à R Pre Visitatore Guil-

helmo

helmo Czerniowski, ex Koscielna Wiesz, ac interea in itinere morbo correptus, longoque tempore leo vexatus, cumque illum socius itineris R.P. Ferdinandus in via deseruisset et Tynecian profectus fuisset, ipse quoque R.P. Damascenus modicum convalescens Tynecian rediit. Decisio hac in re reservata usque ad arbitrium Celsissimi Principis Abbatis Tynecens.

Sub eodem Actu A.R.P. Stephanus postulavit à Vbli Capitulo quatenus vindicet Summa duorum millium ex Villa Burzyn.

*) Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò 30 Mensis Maij. Congregatis ad sonum Campanae Adm. Rndis Patribus et Fratribus inferius scriptis Factum est Scrutinium ratione Religiosorum Fratrum Novitiorum Joannis Chotecki et Georgij Wyrzykowski ad professionem Sacram admittendorum Sententiatumque est taliter. A.R.Pr. Justus Machulik Magister Novitiorum in primis testimonium dedit de illorum debita applicatione, diligentia, Obedientia et Patientia, postea

Fr. Modestus pro Utroque affirmative ad professionem Sacram suscipiendo
F. Paschalis idem votum protulit
F. Cyprianus idem
F. Mellitus idem
F. Laurentius idem
F. Augustinus idem
F. Oddo Subdiaconus idem
F. Ægidius Subdiaconus idem.
F. Gerardus Subdiaconus idem
F. Benedictus Diaconus idem
F. Bernardus Diaconus idem
F. Matthias Diaconus idem
R.P. Hyacintus idem.
R.P. Eustachius Philosophiae Lector idem.

R.P. Franciscus Provisor idem
R.P. Faustus Cantor idem
R.P. Florentius Cellerarius idem
R.P. Fulgentius Praepositus Infirmorum idem
R.P. Martinus Sacrista idem
R.P. Stephanus Magister Ceremoniarum idem
R.P. Gregorius Fabricae Praefectus idem
R.P. Guilhelmus Visitator idem
P. Benignus Supprior et Notarius idem

A.R.P. Stanislaus Prior et Custos auditis sententijs affirmativis suscepit praefatos duos Novitijs ad Sacram professionem, habita tamen animadversione substantiae si quam habent praefati Fratres Novitij eos stringendos esse ad resignationem juxta Regulam Sanctissimi Patris Nostri Benedicti, imo quatenus non promoveant ad Sacros Ordines nisi expleto quinquennio post professionem et hoc quidem ratione studij ad quod applicari debebunt. Metrica etiam illorum legitimi ortus fuit praetentata, et compertum est Fratrem Joannem habere annos aetatis octodecim, Fratrem vero Georgium viginti duos. Ad extremum praefati Fratres ad Capitulum vocati interrogati sunt ab Adm. Rndo Patre Priore quidnam desiderent, illi responderunt: petimus per misericordiam Dei suscipi in gremium Vestrum et ad Sanctam professionem, interrogaritque illos A.R.P. Prior utrum resignati sint ad tolleranda quaeque adversa, utrum usque ad finem perseverare velint, et si quam habent substantiam, eam resignare parati sunt, ad dispositionem Superiorum et Monasterij, quod totum se velle facere, imo se ipsos resignatos esse responderunt, quo audito suscepti sunt ad Professionem Sacram.

Ut eodem actu conclusum quatenus Lapidea Nostra Cracoviae penitus ruinata reparet pro commodita-

te

te Indorum Patrum et Fratrum advenientium.

Sub eodem actu Vocatus F. Modestus interrogatus est quasnam fecerit heri in Refectorio post Coenam cum quondam Saeculari sermocinationes et vociferationes, respondit quod quatuor florenos mihi debeat et eos non vult reddere, et quia Refectorium intravit et vociferationes aliquas fecit, eo motivo ipsum ex Refectorio traxi ad evitandum tumultum. Interim commissum est A Rndo Patri Magistro Novitiorum, quatenus inquirat quidnam actum, et debito modo puniat.

Sub eodem Actu perlecta sunt literae Romanae à Clarissimo Dno Prospero qualiter Causa Wezgrzynowicensis suspensa sit ad ulteriorem decisionem. In negotio verò Congregationis Polono Benedictinae, Rndmus Mirecki produxit literas quasdam in primis pie defunctorum R. Patrum Gaudentij abbatis Orloviensis & Cantij Kozlowski S. Theologiae Lectoris, postea Theodori Zielonacki moderni Praepositi Koscielnensis Josephi Paczyski olim Prioris Tynecensis et P. Buchowski in quibus aliquis plausus pro ejusmodi Congregatione videf scriptus. Quas literas Romae produxit Rndmus Mirecki: Ratione Parochiae Tynecensis indies favorabilis sensus Eminentissimorum Dnorum Cardinalium speraf. Interim P. Benignus Buchowski modernus Vice Prior Tynecensis allegavit se anno 1708 pro Ordinibus Sacris scripsisse ad Rndm Mirecki abbatem Sanctae Crucis protunc Commissarium Monasterij Nostri Tynecensis, quare censuit nullius esse fundamenti ejusmodi literas directè pro Unione seu Congregatione Polono Benedictina cum praesertim pro tunc Capitularem personam necdum egerit, necdum scilicet Presbyter existens, quinimo postea cum Capitulo ejusmodi Congregationi erigendae contrarius fuerit et maximè in Anno 1710 Die verò 11 Mensis Augusti in quo deputatus Ablegatus fuerat à Monasterio Nro Tynecensi pro Convocatione Generali

ad Monasterium Calvomontanum Sanctæ Crucis, ut Actus habet Capitularis in Anno 1710. Die verò 4ta Mensis Augusti Celebratus.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1712 Die vero 6 Junij Congregatis ad Sonum Campanæ Adm Rndis Patribus Adm Rndus Pater Prior curavit literas perlegi Romanas à Clarissimo Dno Prosperij Causarum Nostrarum Patrono de data 14 Maij quod ratione Congregationis Polono Benedictinæ contraria nobis Sententia evenerit et quidem in favorem Rndmi Mirecki Abbatis Sæ Crucis quod nimirum declaratum sit comprehendi etiam Monasterium Tynecense in Brevi Summi Pontificis et quia non est consilium juxta Dominum.

Sub eodem Acta perlectæ sunt etiam literæ Dni Sisini Causarum Nostrarum Patroni in eodem Sensu, et quod stante Vita moderni Sanctissimi impossibile sit immutari Breve ejusdem Sanctissimi. Pro executione verò ejusdem Brevis mandatum est à Sno, Illmo Dno moderno Nuncio Aplo per Regnum Poloniæ et MD. Litt. Conclusum autem est supplicandum esse Perillri et Rndmo Dno Martino Ciechanowic Canonico Vladislaviensi Monasterij Nostri Tynecensis Commissario quatenus ad Nos descendere dignet unà cum Gnso Dno Scafalkowic Consule Cracoviensi et inito cum illis consilio in præsentia Gnsi Dni Frisnekel Consulis Cracoviensis, supplex libellus mittatur ad Sanctum Dnum Nostrum in quo præjudicia Nostra exponantur.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 16 Mensis Junij: Congregatis ad Sonum Campanæ omnibus et singulis Rndis Patribus et Relsis Fratribus etiam Conversis, A R P. Prior perlectum Caput Regulæ Sanctæ de adhibendis ad Consilium Fratribus, proposuit Negotium Novæ Congregationis seu Unionis Sanctæ Crucis, qualiter Rndmus Mirecki

Abbas

Abbas Sanctæ Crucis instet in Urbe pro ejusmodi Unione, et requisivit A R R P. Prior consensum nostrum super defensione causæ istius, maximè utrum velimus constanter in prima Vocatione et Professione Nostra sub Congregatione Cluniacensi quam professi sumus permanere, an Novam istam reformationem Rndmi Mirecki acceptare. Conclusum omnium et singulorum consensu constanter agendum esse pro eliberatione ab ejusmodi Nova Congregatione Sanctæ Crucis, et quatenus præjudicia et gravamina Nostra Sanctissimo Dño in Urbe exponantur, ac interim Notarium Publicum ad recipienda et connotanda Vota Nostra, ad Capitulum vocandum esse unanimi etiam sententia conclusum. Prout inferius Actus hic fusiùs cum Omnium et singulorum Rndorum Patrum et Fratrum Votis expressè à Notario Publico Gnso Dño Michaele Szumowic conscriptus et connotatus Actis præsentibus ingrossatus est.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 18 Junij. Convocatis ad Consilium Adm Rndis Patribus, ~~inferius conscriptis nempe~~ Benigno Buchowski Supprioré et S. Th. Lect. Guilhelmo Visitatore locorum Particularium, Gregorio, Stephano Magistro Ceremoniarum, Fulgentio Præposito Infirmorum, Martino Sacrista, Florentio, Justo Magistro Novitiorum, Eustachio Philosophiæ Lectore; Adm Rndus P. Prior proposuit de Procuratoribus Causæ eligendis ex gremio Nostro circa defensionem eliberationis à Congregatione et Unione Sanctæ Crucis, cum quorum assistentia A R P. Prior possit facilius in Urbe promovere præjudicia Monasterij Nostri. Itaque ex pluralitate Votorum electi sunt Procuratores ejusmodi Causæ Rndi Patres Guilhelmus et Stephanus qui etiam ad faciendum juramentum stringendi erunt de fidelitate sua erga Communitatem Nostram. Interea allegatum est quod R P. Stephanus juxta Decretum Celsmi Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri, non facile debeat extra Monasterium

mitti, nihilominus conclusum pro ejusmodi Decreti dispensatione postulanda coram eodem Celsmo Principe, praesertim ob gravem Necessitatem Monasterij Nostri.

Sub eodem Actu propositum est ratione Rndorum Patrum Damasceni Jarysk et Ferdinandi Woltowic ex Praepositura Koscielnensi in Lythvaniam assignatorum juxta dispositionem Rndmi Dni Canonici Gnesnensis Abbatis Witoviensis, et Rndi Patris Guilhelmi Czerniewski cum speciali et plenaria facultate Celsissimi Principis expeditorum Visitatorum. Et quoniam praefati Rndi Patres ad Monasterium Tynecense diversi, hucusque in eo re maneant, Conclusum quatenus satisfaciant Obedientiae sibi datae et in Lythvaniam ad Monasterium Trocense directe se conferant, nec ullas alio faciant diversiones. Ac interea quousque non discesserint, suspendunt à divinis. Et quod si Tuchoviam aut alio eodem itinere diverserint etiam ibidem suspendunt à Divinis donec recta via pergant ad Locum destinatum. Interea praedictis Rndis Patribus Damasceno et Ferdinando ad sessionem vocatis perlecta est Conclusio, quo facto RP. Damascenus appellavit ad Celsm Principem Primatem Regni et Abbatem Nostrum, petijtque ejusmodi Appellationem Actis praesentibus ingrossari similiter RP. Ferdinandus.

Sub eodem Actu ARP. Prior proposuit circa Negotium Fabricae Monasterij Nostri, et quoniam RP. Gregorius obcertas rationes ab ejusmodi inspectione amotus fuerat, nunc verò sanior inveniatur. Itaque conclusum quatenus RP. Gregorius ad Ulteriorem Fabricae inspectionem applicet praesertim circa faciem Ecclae et Conventum, donec declaratio Celsismi Principis Primatis Regni et

Abb.

Abbatis Nostri habeatur de illo. Et quoniam mens fuerat Celsissimi Principis, quatenus certa quaedam ligna revehantur Cruloviam ex quibus Aula debuerat aedificari, ideo pro ejusmodi revehendis lignis conclusum. Conclusum insuper quatenus juxta Decretum Celsmi Principis Proventus Cruloviensis in Specialem Massam ad Thesaurum deponatur et postea pro Necessitate Conventus ex Thesauro exponatur nihil etiam circa Fabricam incipiat nisi cum Scitu expresso Venerabilis Capituli et expressa declaratione Celsmi Principis.

Sub eodem Actu A. R. P. Prior proposuit qualiter intendebat cum Gnso Dno Gniatkowski ratione Villae Opatkovicè, cui R. P. Maurus tempore Prioratus sui inspectionem ejusmodi Villae comiserat, in revisione ibidem praesente convenire, et qualiter Gnsus Dnus Gniatkowski importunè sibi aliquas praetensiones praetendat cum varijs etiam furijs, pro servitio ibidem exhibito. Conclusum ut juxta anteriores plures conclusiones amoveat ex Villis Zorzow et Bukow. Et hac in parte requiraf R. P. Maurus ut sicut ipsum tempore Prioratus sui inscia Communitate Nostra in praefatas Villas introduxit sic ipsum expediat, nec graviora damna Communitas per ipsum patiatur.

Sub eodem Actu Ad R. P. Prior mentionem fecit de condimentis alias Korzenia et materia pro habitu emptis. Conclusum quatenus condimenta interea in toto conservent et materia pro habitu Rndorum Patrum et Resrorum Fratrum extradat.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò 23 Junij Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus Benigno Buchowski Suppriore et S. Theol. Lectore, Gregorio Zaykie=

wic Decano, Guilhelmo Czierniewski Visitatore, Stephano Bylina, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum Florentio Tyrnawski Fausto Mastalski Procuratore Causarum, Justo Machulik Magistro Novitiorum Eustachio Czierniski Philosophiae Lectore Adm Rndus Pater Prior proposuit de mittendis Rndis Patribus ad Celsm Principem in gravibus Negotijs Monasterij Nostri, praecipue ratione Causae contra Unionem Mirecianam, quibus expositis Adm Rndus Pr Prior se obtulit pro ejusmodi itinere. Conclusum itaque ut cum AR Patre Guilhelmo discedat, qui e specialiter assignatus ad hoc Negotium. Sub eodem Actu R.P. Gregorius et Fr Felicianus in certa Causa Conventus Nostri in Civitatem dictam Nowo Miasto mittuntur.

Sub eodem Actu Suscepti sunt ad Novitiatum Jacobus Janowski, Jacobus Rzepka, Paulus Dewler

Actum in Monasterio Tyneciensi Anno Domini 1712. Die vero 30 Mensis Junij Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus Benigno Buchowski Suppriore et S. Theologiae Lectore, Guilhelmo Czierniewski Visitatore Locorum Particularium Stephano Bylina Magistro Ceremoniarum Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Martino Barthon Sacrista Fausto Mastalski Cantore Florentio Tyrnawski, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Czierniski Philosophiae Lectore, Hyacintho Poradowski. Adm Rndus Pater Prior interrogavit AR Patrem Guilhelmum quasnam habuerit heri à R Patre Damasceno protunc in Monasterio praesente molestias, respondit quod ipsi quandam citationem ad S. Nunciaturam per quendam Secularem Clericum dederit. Quoniam vero R.P. Damascenus inquietus et inobediens imo cum Scandalo juniorum Fratrum murmurans, imo protervus et rebellis saepe inventus fuerat, et

noluerat

noluerat se conferre juxta sibi datam Obedientiam in Lythvaniam, quinimo cursu extra ordinario contra Authoritatem Celsissimi Principis Primatis Regni et Abbatis Tynecensis in temporalibus et spiritualibus jurisdictionem habentis ad Nunciaturam recursum fecerit, ideo decisio super ejusmodi causa suspendit, donec deferatur ad Celsmum Principem.

Sub eodem Actu A.R.P. Prior proposuit quod Illrs Dnus Jasinski Parochus in Gorka, petat aliquem ex Rndis Patribus Nostris pro Commendario ad interim donec revertat, Interim decisio quisnam mittendus suspensa est ad pleniorem Numerum Adm Rndorum Patrum. Sententiatum est etiam quatenus R.P. Josephus pro ejusmodi Commenda non mittat. ex multis rationibus.

Sub eodem Actu Susceptus est ad Novitiatum Adalbertus Modzelowski Palatinatus Mazoviensis.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò 14 Julij. Congregatis ad Sonum Campanæ Adm Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi Benigno Buchowski Suppriore et S. Theol. Lectore, Gregorio Zaykiewicz Fabricæ Præfecto, Guilhelmo Czierniewski Decano, Stephano Bylina, Martino Barthon Sacrista, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tyrnawski, Hyacintho Poradowski, Adm Rndus P. Gregorius humiliter petijt eliberari ab officio Fabricæ allegando suam debilitatem et provectam ætatem; quo audito A.R.P. Prior ejusmodi inspectionem Fabricæ commisit interim Rndo Patri Stephano Bylina usq; ad ulteriorem declarationem Celsissimi Principis.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò 20 Julij Congregatis ad Capitulum Adm Rndis Patribus

A Rndo Patre Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi Benigno Buchowski Suppriore et S. Theol. Lectore, Gregorio Zaykiewicz Guilhelmo Czierniewski Decanis, Stephano Bylina, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore, Florentio Tyrnawski, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Czierski Philosophiae Lectore, Hyacintho Poradowski, nec non Religiosis Fratribus, Matthia Siewierski, Bernardo Glinski, Benedicto Baszynski Diaconis, Gerardo Mellowski Aegidio Mostowski, Oddone Rypczynski Subdiaconis, Augustino Piasecki Clerico, Laurentio Latalski, Mellito Godzemba Choristis, Janno Chotecki, Georgio Wyrzykowski Cypriano Czeskewic, Paschali Chechowic, Modesto Kistelski Conversis propositum est de Fratribus Novitijs Sigismundo Mykieszka Casimiro Chudzynski Placido Chudzynski ad Sacram Professionem suscipiendorum, et circa Fratris Adriani Rubinkowski Novitij Scrutinium tertium: De quorum Vita et moribus "R.P. Justo Machulik Magister Novitiorum" Venerabili Capitulo informationem dedit talem: quod nimirum F. Sigismundus sit Obediens et in omni patientia, et observantia regulari diligens et promptus inveniatur. Similiter idem testimonium dedit de Fratribus Casimiro et Placido. De Fratre vero Adriano recognovit quod sit inobediens protervus, Cellas Rndorum Patrum et Fratrum intret, fabulationibus et levibus delationibus Patrum et Fratrum vacet, rixas et nugas excitet. Et haec omnia A.R.P. Magister bona conscientia recognovit. His expositis A.R.P. Magister pauliper exivit donec Relsi Fratres liberius in absen-

tia

tia ipsius de Fratribus Novitijs sententias suas proferrent. Receptis igitur omnium et singulorum Adm Rndorum Patrum et Fratrum suffragijs, evenientibus pro Fratribus Casimiro et Placido affirmative ad professionem, Adm Rndus Pater Prior praefatos Fratres ad Capitulum vocavit et de stabilitate sua appromittentes ad Sacram Professionem suscepit. Fr. Adrianus votis septemdecim ad ulteriorem probationem susceptus est, octo autem habuit vota pro dimissione ex Monasterio, praesertim quod Fratrem Georgium in Ecclesia colaphizaverit, Fratri Joanni aliquoties calaphum impingere in Ecclesia et alijs locis voluerit, maledixerit, et alios Fratres impetuose vexaverit. De Fratre vero Sigismundo quatenus ex Monasterio ex ratione quod sit Germanus et ex alijs rationibus dimitatur vota fuerunt novemdecim: Vota vero pro susceptione ipsius ad Professionem, praesertim Rndorum Patrum fuerunt quinque, unum autem Fratris Gerardi Diaconi. Istis peractis ARP. Justus Machulik Magister Novitiorum flexis genibus religiosa & Sacerdotali conscientia, coram DEO et Superiore suo recognovit, quod praefatus F. Sigismundus nullum nullum impedimentum habeant ad Sacram Professionem, quinimo in omni patientia et obedientia per totum annum probatus sit, diligens, devotus, et Regularis observantiae specimen dederit, et quod frustra nonnulli impugnent ipsius Professioni: quo audito ARP. Prior curavit praefatum Novitium vocari ad Capitulum, et agnita ipsis sponsione, factaque humili prostratione

et petitione, quod verè velit in sua prima Vocatione perse-
verare, et supplicatione exaudita pro sui ipsius in Gremium
nostrum susceptione, conclusionem de praefato Novitio su-
spendit. Post haec, Rndi Patres Eustachius, Fulgentius ~~et~~
~~[illegible]~~ cum maximo furore et impetu insurexerunt
contra Adm Rndum Patrem Priorem et P. Magistrum
Novitiorum, quod non teneant Rndo Patri Priori in nonnullis obedire,
et cum imprecatione ex Capitulo ~~et ex [illegible] Januae Capituli~~ non
sine scandalo praesertim juniorum Fratrum exire voluerunt.
His ad stuporem perpetratis. Adm Rndus P. Prior de-
mandavit haec Actis Capitularibus connotari, et de
Fratre Sigismundo nihil conclusit.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712.
Die verò 21 Julij Congregatis ad Capitulum A. Rndis
Patribus inferius conscriptis allato etiam suffragio à Rndo
Patre Mauro Rubinkowski, Adm RP. Prior reassumpsit
Causam circa Fratrem Sigismundum Novitium qui ante
januam Capituli cruce prostratus petijt clementiam pro
susceptione sui ad Sacram Professionem: cumque praefati
Novitij humilitatem exposuisset qualiter iterum constan-
ter petat adnumerari in gremium Nostrum; requisivit
~~quae~~ vota et sensum Venerabilis Capituli, utrum ad
Sacram Professionem admittendus nec ne: Et sententia-
tum est taliter:

P. Benignus Supprior affirmativè pro susceptione
Fratris Sigismundi ad Sacram Professionem.
R. P. Maurus affirmativè,
R. P. Gregorius affirmativè
R. P. Guilhelmus affirmativè
R. P. Stephanus negativè
R. P. Fulgentius negativè

R. P.

R. P. Martinus negativè
R. P. Faustus affirmativè
R. P. Florentius affirmativè
R. P. Franciscus affirmativè
R. P. Justus affirmativè
R. P. Eustachius negativè
R. P. Hyacinthus ad Arbitrium Superiorum.

F. Gerardus affirmativè
F. Matthias negativè
F. Bernardus ad Arbitrium Superiorum
F. Benedictus idem
F. Ægidius idem
F. Oddo idem, affirmativè
F. Augustinus affirmativè
F. Laurentius negativè
F. Mellitus negativè
F. Joannes affirmativè
F. Georgius affirmativè
F. Cyprianus affirmativè
F. Paschalis affirmativè
F. Nicodemus negativè.

Igitur per latis suffragijs et per latis affirmativis pro Susceptione Fratris Sigismundi ad Sacram Professionem, Adm Rndus Pater Prior demandavit Rndo Patri Magistro Novitiorum quatenus prefatus F. Sigismundus in Cellam contineat donec Actus Capitularis remittat ad Celsm Principem Primatem Regni et Abbatem Nostrum, an declaratus super Professum Novitium habeatur. Quo audito iterum Rndi Patres Eustachius Fulgentius et Stephanus cum maximo furore et minis insurexerunt contra Adm

Rndum Patrem Priorem et Rndum Patrem Magistrum Novitiorum, tumultum gravissimum excitantes, et quod statim velint pergere ad Celsissimum Principem Primatem Regni et Abbatem Nostrum. Interim RRP. Prior et reliqui Rndi Patres et Fratres cum Silentio ex Capitulo exiverunt.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò eadem post Vesperas Convocatis Adm Rndis Patribus Benigno Buchowski Suppriore Tynecensi et S. Theol. Lectore Gregorio Zaykiewic Fausto Mastalski, Cantore Florentio Tyrnawski, Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulik Magistro Novitiorum, ARP. Prior proposuit qualiter Rndi Patres Fulgentius et Eustachius accepto curru ex Parochia Sine Scitu Rndi Patri Josephi, et Equis ex Villa Czuloco, perrexerint ad Celsissimum Principem Primatem Regni et Abbatem nostrum, petijtque consilium quid faciendum circa tam presumptuosam audaciam presertim quod continuas rixas, tumultum et factiones in Monasterio Nostro faciant. His expositis consensus omnium stetit accepto etiam consilio ab Adm Rndo Patre Guilhelmo Decano qui se pro tunc pro quiete paraverat, quatenus P. Benignus Supprior et Notarius de tam enormi presumptione et continua Prefatorum duorum Patrum inquietudine Nomine Vblis Capti scribat ad Celsm Principem Primatem Regni et Abbatem Nostrum.

Sub eodem Actu ARP. Prior proposuit qualiter 20 Julij post Vesperas Rndi Patres Fulgentius et Stephanus tumultum in Ecclesia fecerunt ita ut Rndus P. Prior non completa sua privata Oratione exire debuerit. Hæc autem Propositio suspensa est ad opportunum tempus.

Act

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die vero 2. Augusti. Congregatis Adm Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi: Benigno Buchowski Suppriore et S. Theol. Lectore, Gregorio Zaykiewic Guilhelmo Czierniewski Decanis, Stephano Bylina Martino Barthon Sacrista. Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Florentio Tyrnawski, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Czierński Philosophiae Lectore, Hyacintho Poradowski, reasumpta est causa ratione Fratris Sigismundi utrum ad S. Professionem admittendus, nec ne? Et quoniam nuper decisio per Vble Capitulum suspensa fuit ad ulteriorem declarationem Celsissimi Principis; ideo Omnes et singuli superius conscripti Rndi Patres ejusmodi decisionem in manus Perillis et Rndmi Dni Commissarij Martini Ciechanowic Canonici Vladislaviensis, Monasterij Nri Tynecensis Commissarij reposuerunt qui pro ejusmodi finali conclusione ad praesentem sessionem descendit: ac immediatè praefatus Perillis et Rndmus Bnus Commissarius, intulit, Standum esse Decreto nuper per Vble Capitulum pro dimissione praefati Fratris Sigismundi die 20 Mensis Julij Anni praesentis lato.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die verò 12 Mensis Augusti Congregatis Adm Rndis Patribus ad Residentiam Adm Rndi Patris Prioris Conclusum est quatenus R. P. Stephanus cum Socio aliquo idoneo in Causa Conventus, circa Congregationem Mirecianam renuendam et supplicandam protectionem, discedat ad Celsm Principem Primatem Regni et abbatem Nostrum, et ad Serenissimum Regem

Poloniae, Augustum Secundum cum certis Subscriptionibus Nostris.

Sub eodem actu propositum est qualiter Rndmus Abbas Trocensis reposuit infulam, octo fila unionum, quinque annulos aureos, unam clausurulam istar parvicordis et globulum argenteum item octo aureos flosculos ornatos lapidibus pretiosis, quae omnia in Regestro apud Rndum Patrem Martinum Barthon Sacristam in thesauro connotata sunt.

Sub eodem Actu ARP. Martinus Barthon Sacrista praesentavit certum testamentum G. Dni Joannis Scryt qui Villam Gusciany in Palatinatu Trocensi sitam Praepositurae Pioscionensi inscripsit.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 16 mensis Augusti Convocatis Adm Rndis Patribus propositum fuit qualiter RP. Josephus favorabile Decretum obtinuerit in Urbe ratione Parochiae Tynecensis pro persona sua, Quoniam autem Rndi Patres non omnes aderant, ideo ejusmodi propositio suspensa est ad pleniorem numerum.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno 1712. Die vero 3. Sept. Congregatis ad Sonum Campanae Adm Rndis Patribus nec non Religiosis Fratribus inferius conscriptis, propositum est ratione Fratris Adriani Rubinkowski, utrum ad Sacram professionem admittendus nec ne? et hoc erat ultimum capitulum. Sententiatum est taliter.

F. Modestus negative pro ipsius professione dixit cum sit impatiens, rixas inter Patres et Fratres excitet. Interim arbitrio Superioris subjecit suum votum.

F. Paschalis negative praesertim quod furetur.

F. Cyprianus negative

F. Placidus negative praesertim quod ipsi furatus sit cultrum

F. Georgius negative praesertim quod ipsi vestimentum inferius furatus sit nec non ocreas Rndmo Abbati Trocensi, et quod facilis sit ad percussionem.

F. C

F. Casimirus impatientem ipsum allegavit et percussorem.
F. Joannes negativè praesertim quod ipsi atramentarium acceperit.
F. Mellitus negativè praesertim quod cellas Rndrum Patrum et Fratrum intret, fabulationibus vacet et rixas inter Fratres excitet sitque impatiens
F. Laurentius idem negativè
F. Augustinus negativè
F. Oddo negativè praesertim quod ipsum saepissimè protervum viderit.
F. Aegidius negativè
F. Gerardus negativè
F. Benedictus negativè.
RP. Hyacinthus intulit quatenus Fratri Adriano deducat furtum: et quod si deductum fuerit, dimittat ex Monasterio.
RP. Eustachius idem votum dedit: insuper quatenus poenam talionis luant, qui non poterunt ipsi probare furtum.
R. P. Justus Magister Novitiorum dixit Fratrem Adrianum esse impatientem, protervum. Interim deducat ipsi furtum, quo deducto dimittat, alias defectus alij corrigi possunt.
RP. Franciscus intulit quatenus deducat ipsi furtum
RP. Florentius idem
RP. Faustus idem
RP. Martinus idem
RP. Guilhelmus idem intulit etiam quod ipsi pannus perierit.
RP. Gregorius negativè praesertim quod Fri Adriano sit furtum deductum ex allegatione Rlsorum Fratrum quibus abstulisse compertum est.
RP. Benignus Supprior negativè.
HRRP. Prior curavit vota perlegi. quibus perlectis, pluralitas votorum stetit pro dimissione Fris Adriani ex Monasterio, praesertim ex ratione furti quod postea deductum est.

Sub eodem actu conclusum quatenus Petrus Zolniowski pro perpetuo Chorista suscipiatur nisi forte applicabilis fuerit ad Studia pro qua quidem conditione et susceptione consensus stetit Venerabilis Capli.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Domini 1712. Die vero 12 Mensis Octobris, Congregatis ad sonum Campanae Adm Rndis Patribus et Fratribus, propositum e de eligendis Vestiarij et Repositorij custodibus; ac immediate per secretos calculos Custodes Repositorij electi sunt Adm Rndi Patres Guilhelmus Czerpiewski Decanus et Fulgentius Krigowski Praepositus infirmorum. Vestiarij autem Custos electus e R. P. Franciscus Zaleski Provisor.

Sub eodem actu propositum e qualiter P. D. Leszniowski velit altare in Ecclia B. Mariae Tuchoviens erigere, nec non mille florenos subscribere pro una missa absolvenda in hebdomoda. Suspensa e Conclusio donec plenarie informet Venerabile Capitum de ejusmodi obligatione.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die vero 19 Octobris Congregatis ad sonum Campanae Adm Rndis Patribus consensus stetit Capitulariter pro subscriptione Praesentationis pro Praebenda Krozniciensi in personam Perillris et Rndmi Dni Francisci Szembek Canonici Cracoviens.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 20 Mensis Octobris Congregatis ad sonum Campanae Adm Rndis Patribus Praesentata est Regestrum Epensarum in Urbe à Clarissimo Dno Antonio Prosperi in Negotijs Nostris advocato factarum.

Sub eodem actu Adm R. P. Prior proposuit qualiter Rndmus Lambertus Klön electus Abbas Orloviens repetat mille tinfones quos anno 1710 die vero 29 Decembr Conventui Nro mutuo concessit

Sub eodem actu conclusum quatenus Thesaurus Ecclae in abscondito reclusus revideat et hac in parte Notia A. R. P. Theodori Zielonacki Praepositi Koscielnens requirat.

Actum

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 24 Mensis Octobris. Congregatis Adm Rndis Patribus. Adm Rndus Pater Prior proposuit qualiter R. P. Stephanus Bylina missus in Negotio Communitatis Nrae ad Serenissimum Regem Augustum, sit apud eandem Regiam Majestatem, et in documentum suae diligentiae curavit perlegi literas obtentas ab Illustrissimo Dno Cancellario Regni et ab ipsomet Serenissimo Rege Augusto ad Eminentissimum et Rndsm Dnum Cardinalem Albanum Regni Poloniae Protectorem. Cujus tenor talis:

Illrme et Rndsme Dne.

Monasteria Tynecense, et Lubinense Ordinis Sancti Benedicti in Regno Nostro sita multis premunt angustijs ex eo quod mandatis Apostolicis subreptitie ut asserunt obtentis in ista Curia à quodam Patre Abbate Mirecki ad leges Novas acceptandas in Praejudicium antiquorum Privilegiorum suorum constringunt. Ea propter ad Nostram Regiam Protectionem per deputatos è gremio eorundem confugientium supplicarunt, ut post datas ad Dnum Nuncium in Regno Nro residentem Literas in favorem ipsorum sat efficaces etiam apud Illrmam D. V. Regij Officijs Nris ea prosequi dignaremur. Id quod partim ejus erga nos Regnumque Nrum affectus confidentiam dicti partim evitandorum inter Personas DEO devotas jurgiorum et quod magis est imminentium Scandalorum desiderio motu libenter et ex corde praetentibus nostris efficimus et praestamus. Accedit et haec circumspectio quae coronae juribus invigilare tenemur, cum igitur agat de invocatione in Monasterijs de Regiae Fundationis et Patronatus nobis inconsultis aliquid Jure decerni non potest. Plenam in hoc Negotio informationem habebit Illrma D. V. à Sisinio prospero Praedictorum Monasteriorum Procuratore, cui benignam aurem, validumque brachium praebe-

re de nobis erit bene mereri, qui vicissim studia nostra in rem Illmae D. V. elargiri data occasione non omittemus. Ac tandem fausta quaeq. ipsi à Dno apprecamur. Datt. Gripvaldiae d. 21 Sept. Anno 1712.

Augustus Rex mpp

Adm Rndis in Christo Patribus Priori, totiq. Venerabili Capitulo Archi Coenobij Tynecensis Dnis Fratribus Observandmis.

Adm Rndi in Chro Patres Dni Fratres Observandissimi.

List WMM Panow de 11 Augusti oddał mi Lator Praesentium RP. Bylina zakonnik y Prokurator Klasztoru Tynieckiego. Wyrazone in memoriali WMM Panow desideria fidelissime doniosłem JKMci P. MMtciwemu. Jakq zaś dał JKMć na nie expedicią opowie WMM Panow tenże RP. Bylina nie zaniecha y daley Je kr Mość P. MMtciwy interessu tego Sanctissimo recommendować. Ja zaś Swiętym WMM Panow zalecaiąc się modlitwom Zostaię

WMM Panow uprzeymie życzliwy Brat y niski Sługa

J. Szembek mpp

Sub eodem Actu ARP. Joachim Korzynski Praepositus Tuchoviensis conquerebat contra R. Prem Fulgentium Krigowski quasi ipse praefatus P. Fulgentius ARP. Praeposito Tuchoviensi objecerit quod vota minora in Majorem Tabulam commutaverit et transfuderit. Interea Rndi Patres Revisores agnoverunt quod Omnia vota inventa sunt juxta Inventarium et Regestrum ibidem in Ecclesia Thaumaturga Beatissimae Virginis Mariae, Post haec RP. Damascenus conquerebat etiam contra RP. Fulgentium quod ab ipso calumnijs multis affectus et vexatus sit praesertim quod ipsi furtum objecerit. Suspensum est

Ja

Judicium et decisio ad futuram sessionem, praesertim cum R.P. Fulgentius neget se aliquid objecisse Adm Rndo Patri Praeposito Tuchoviensi, cum tamen A.R.P. Praepositus Tuchoviensis testes se habere dixerit ejusmodi Objectionis.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712 Die vero 3tia Mensis Novembris. Congregatis Adm Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Suppriore et S. Theol. Lectore nec non Notario Capli, Gregorio Zaykiewic, Guilhelmo Czerniewski Decanis, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum Damasceno Jaronski, Florentio Tyrnawski, Justo Machulik Magistro Novitiorum Eustachio Czernski Philosophiae Lectore, Hyacintho Poradowski, propositum est ratione Adm Rndi Patris Joachim Korynski Praepositi Tuchoviensis, in Decretis in Actu Visitationis per Celsissimum Principem Illmum et Rndmum Dnum Dnum Stanislaum in Slupowszembek Dei et Aplicae Sedis gratia Archi Eppum Gnesnens Legatum Natum, Regni Poloniae et M. Ducatus Lithvaniae Primatem Primumque Principem Abbatem Tynecensem Anno Dni 1711 Die vero Martis 20 Mensis Octobris, expeditae Memorati, quatenus praefatus Adm Rndus Pater Praepositus Tuchovienis se justificet et Sup omnia in processu ipsius ex adversa parte expressa respondeat: qui vocatus ad Venerabile Capitulum praesentavit certam complanationem utriusque partis, explicando suam Innocentiam: in qua quidem complanatione expressa fuit ipsius praefati Adndi Patris Praepositi Tuchoviensis Innocentia, quod sinistre delatus fuerit ad Castrum Cracoviense, quandoquidem ejusmodi actio ex alterius occasione devenerat. Conclusum quatenus ipse praefatus Adm Rndus P. Praepositus Tuchoviensis curet ejusmodi processum contra se factum eliminari in Castro Cracoviensi#. Quantum autem ad eliminandum punctum ipsius, in Decretis Visitationis expressum: de hoc in praesentia Perillustris et Reveren-

et in S. Nunciatura, nec non vindicet honorem Conventus.

dissimi Domini Dni Martini Ciechanowic Iuris Utriusq. Docto-
ris, Canonici Vladislaviensis Monasterij Nostri Tynecensis Com-
missarij proponendum esse similiter conclusum

Actum in Monasterio Tynecensi Ord. S. Benedicti Anno
Dno 1712. Die vero 14 Mensis Novembris. Congregatis
ad sonum Campanae Adm Rndis Patribus Stanislao Wol-
stynski Priore et Custode Praefati Monasterij Tynecens
Benigno Buchowski Suppriore et S. Theol. Lectore, + Grego-
rio Zaykiewic, Guilhelmo Czerniewski Decanis, Martino
Barthon Sacrista, Fulgentio Krigowski Praeposito In-
firmorum, Fausto Mastalski Cantore, Damasceno Ja-
ronski, Florentio Tyrnawski, Francisco Zaleski Provi-
sore, Samuele Zapartowic, Iusto Machulik Magistro
Novitiorum, Eustachio Ciernski Philosophiae Lectore, nec
non Religiosis Fratribus Bernardo Glinski Benedi-
cto Baszynski Diaconis, Gerardo Mellowski, Aegidio
Mostowski, Odone Rypczynski Subdiaconis Augustino Piasecki, Henrico
Laurentio Latalski, Melito Godzemba, Ioanne Chotecki
Georgio Wyrzikowski, Casimiro Chudzynski, Pla-
cido Chudzynski, Cypriano Cięckiewic, Paschali Cze-
chowic, Modesto Kistelski, praesentata est Citatio quae-
dam ab Illma Nunciatura ad Instantiam Rndmi in Chri-
sto Patris Christini Mirecki abbatis Monasterij Calvi-
Montis OS Benedicti quatenus compareamus ad videndum
et audiendum Literas Apostolicas Sanctissimi Domini No-
stri Erectoris Congregationis Polono Benedictinae alias
sub die 22 Mensis Maij Anno 1709 emanatas et
per novissimum Decretum S. Congregationis Eminentissimo-
rum S. R. E. Cardinalium eadem in Causa per suam

San-

+ nec non Notario Capituli.

Sanctitatem deputatae prelatum et Authoritate SSmi Dni Nostri approbatum ad Illm Nunciaturam pro executione directas et remissas, ad dandas et allegandas etiam rationes cur praemissa fieri non debeant. Qua quidem ab omnibus reverenter audita Citatione Conclusum pro ablegandis Reverendis Patribus Benigno Buchowski Supprior Monasterij Tynecensis; S. Th. Lectore nec non Notario Capli Gregorio Zaykiewi Wilhelmo Czerniowski Decanis et professis dicti Monasterij Tynecensis qualenus pro assignato termino compareant cum plenipotentia et debitis instructionibus, reservata ultima decisione penes Vble Capitum dicti Monasterij Tynecensis. Quoniam autem in Anterioribus Actis Capitularibus in praesentia P. Notarij Apostolici consensus steterat pro defensione et eliberatione ejusmodi Congregationis Polono Benedictinae ideo pro majori ratificatione nostri anterioris consessus, vocati et postulati sunt duo D. Notarij Publici Michael Szumowic Paulus Thomaszowic, in quorum facie protunc in Capitulo Nro praesentium omnes et singuli Hrandi Patres et Ressi Fratres vota et consensum suum contra praetensam Unionem seu Congregationem Polono Benedictinam firmarunt et ratificarunt. Sub eodem Actu requisitus P. Benignus Buchowski Supprior et Notarius Capituli Tynecensis de omnibus monimentis et Scriptis quibusvis colligendis et connotandis ad Informationem meliorem Mandatariorum produxit quaedam recognitiones tempore Prioratus RP. Mauri factas nec non Protestationem quandam sub Praesidentia RP. Josephi Paczynski contra praetensam Unionem Polono Benedictinam, quae omnia in antecessum facta inscribi Actis Capitularibus praetermissa sunt ob Varias temporis

impetitiones, praesertim ob pestiferam contagionem: nunc ac-
tem Actis Capitularibus ingrossari demandantur. Quorum
sequitur tenor talis:

In Nne Dni Ani.

Nos infrascripti Patres et Fratres Ordsti Benedicti Regalis Archi Coe-
nobij Tynecensis, Congregationis Cluniacensis habita prima Notitia Lite-
rarum Innotescentialium à Rndmo Dno Michaële de Wilkow
Wilkowski Abbate Hebdoviensi, uti ab Illmo & Rndmo Dno D.
Nuncio Apostolico ad Regnum Poloniae et M. D. Lith. futuri
Capituli Generalis Congregationis Polono Benedictinae deputato
Praesidente emanatarum & Capitulariter per RP. Priorem
intimatarum & aliorum ibidem descriptorum contentorum spe-
cialiter erigendae et quasi jam erectae Congregationis Polonae
Benedictinae idque ad instantiam Rndmi Dni Christini Mirecky
Abbatis S. Crucis Ordsti Bendti, nobis inscijs absque Mandato Pro-
curae hanc Unionem procurantis, praemissa solenni Protesta-
tione, quod praesens Scriptum in nullo et minimo derogare
velit Authoritati S. Sedis sedulendo jure defensionis in
re tanti momenti à gravaminibus et quibusvis nobis exinde
illatis ad Sm Dnum D. Nostrum Clementem ejus Nomine XI
Divina providentia Papam apellamus recurrimus Protectioni
et tuitioni S. Sedis nos subjiciendo, deque probandis ac de-
ducendis his manifestando, de injuria illato Conventui No-
stro sub sua Congregatione permanenti conquerentes, sub
qua etiam vivere volumus, De nullitate quorumvis gestorum
factorum obtentorum, per memoratum RD. Christinum Mi-
recky Abbatem S. Crucis tanquam sine scitu mandato & requisi-
tione Nostra subsecutorum et ex alijs rationibus suo loco & tem-
pore proponendis et deducendis protestamur manifestatio-
nemque de recenti inovamus firmamus et stabilimus In
quorum fidem etc Datt Syn. An. Dni 1710. die 5 Julij.

In me

In mei Praesentia haec Protestatio facta capitulariter. F. Josephus Paczynski Ordinis S. Bendti Praesidens Conventus Tynecensis mpp F. Guilhelmus Czierniewski B. Tyn. Visitator electus et Vice Custos ejusdem Monrij mpp Ita est P. Benignus Buchowski O. S. B. Contus Tynecensis Congregationis Cluniacensis Authoritate Ubiq Capli Notarius nomine totius Venerabilis Capli mpp

Hanc Protestationem Actis Notarij Publici D. Michaelis Szumowic ingrossari petitum est in praesentia ipsius met praefati Dni Notarij.

Recognitio super non affectatae Unionis, seu Congregationis Polono Benedi S. Crucis Instrumento.

Ego Eustachius Czernski Ordinis Sancti Benedicti Monasterij Tynecensis expresse professus, licet quidem praesens fuerim cum Rndmo Carolomano Myslinski Abbate Trocensi (quae Abbatia spectat ad Monasterium Tynecense) uti protunc meo superiore in Primo Capitulo Generali Congregationis Polono Benedictinae ad Sanctam Crucem in Monte Calvo Mense Augusto peracto manumq; meam illinc super formatas Constitutiones apposui; Cum tamen post Generale Capitulum Monasterij Nostri Tynecensis expost Mense Septembri celebratum, sim à Superiore Tynecensi noviter electo ad Residentiam hic Tynecij in Lectorem Philosophiae ordinatus, & habeam mandatum ab eodem sub conscientia et fide religiosa recognoscendi, dandiq relationem genuinam super Consensu in Congregationem Polono Benedictinam per Rndm D. Mirecki obtento, Sub eadem conscientia fide religiosa et verbo Sacerdotali recognosco, me protunc sive in decursu Novitiatus, sive deinceps post Professionem, tam à Fratribus qm à Patribus accepisse et scire, ac meipsum probavisse, quod Rndmus Christinus Stanislaus Mirecki Abbas S. Crucis, protunc Monasterij Nostri Com-

missarius et Visitator Subscriptiones Nostras tam Religiosorum Patrum quàm Fratrum Super Nominatam Congregationem minis varijs et specialiter incarcerationis Seniorum, Juniorum verò tam Laicorum quàm Clericorum Professorum (prout et mihi ipsi et alijs Fratribus sub tempus Subscriptionis Datæ, sub executione irrevocabili intimatum fuit) ex Congregatione et Monasterio Tynecensi dimissionis aut ad alia exotica Monasteria relegationis, nisi super eadem Congregatione Polono Benedictina erigenda, nos Subscripsistemus per Subordinatas à se personas extorserit. Nosque hoc metu et ulterioribus comminationibus futurisque eadem Causa persecutionibus perterriti præfatas subscriptiones Super Instrumentum quod non legimus neque legere nobis permissum fuit extra Actum Capituli dedimus et apposuimus. Quod omni tempore juramento comprobare paratus sum

Idem qui supra.

Sub eodem Actu demandatum est Patri Benigno Buchowski Conventus Tynecens. Suppriori et Notario Capituli quatenus conscribat et colligat rationes contra prætensam Unionem Polono Benedictinam (cujus Promotor existit Rad.mus Mirecki Abb. S. Crucis) ex anterioribus Actis Capitularibus ejusdem Monij Tynecens.

Actum in Monasterio Tynecensi Ord.s S. Ben.di Anno Dni 1712. Die vero 19 Mensis Novembris. Congregatis ad sonum Campanæ Adm. Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi Benigno Buchowski Suppriore et S. Theol. Lectore, nec non Notario Capituli, Gregorio Zaykiewicz Guilhelmo Czierniewski Decanis, Stephano Bylina Procuratore Causarum Martino Barthon Sacrista Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum Damasceno Jaroski, Florentio Tyrnawski, Francisco Zaleski Provisore, Samuele Zapartowicz, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Eustachio Cziernski Philosophiæ Lectore

Fausto Mastalski Cantore

nec non

nec non Religiosis Fratribus Bernardo Glinski, Matthia Siewerski, Benedicto Baszynski Diaconis, Gerardo Mellowski, Aegidio Mostowski, Oddone Rypczynski Subdiaconis, Augustino Piasecki Clerico, Laurentio Latalski, Melito Godzemba, Joanne Chotecki, Georgio Wyrzikowski, Casimiro Chudzynski, Placido Chudzynski, Cypriano Cięckiewicz, Paschali Czechowic, Modesto Kistelski, reasumpta est Causa contra praetensam Congregationem Polono Benedictinam, et quidem consensus stetit et conclusum est, quatenus tam super Instrumento ratificationis consensus super defensione Causae contra praefatam praetensam Congregationem Polono Benedictinam nuper capitulariter facti, quam etiam super Instrumento Plenipotentiae mittendorum ablegandorum ad Illustrissimam Nunciaturam, omnes et singuli Reverendi Patres et Felsi Fratres se subscribant pro Majori fide et robore Ubl[is] Capituli Nostri Synecensis.

Sub eodem actu redux R.P. Stephanus Bylina qui missus et expeditus fuerat in Negotio contra praetensam Congregationem Polono Benedictinam informavit Venerabile Capitulum, quod Serenissimus et Invictissimus Rex Augustus Secundus, annuerit petitioni Nostrae, juxta Superius ingrossatas Literas, scriptas ab eodem Serenissimo et Invictissimo Rege, ad Eminentissimum Dnum S. R. E. Cardinalem Albani, Protectorem Regni Poloniae. Praesentavit etiam praefatus R.P. Stephanus Bylina, secundas literas Copiales, scriptas à Serenissimo et Invictissimo Rege Augusto II ad Illm et Rndm Dnum Odeschalcum Archi Eppm Mediolanen. Nuntium Apostolicum Regni Poloniae et M. D. Litt. de tenore tali:

Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Prussiæ Russiæ Moraviæ Samogitiæ Livoniæ Podoliæ Volhiniæ Smolensciæ Severiæ Cerniechoviæ Dux Hereditarius Saxoniæ, Princeps, Elector Sacri Romani Imperij.

Illmæ et Rndmæ Dnæ. Fecerunt recursum ad Nos Monachi Tynecenses et Lubinenses lacrymosos ducentes è pectore ~~ducentes~~ questus, contra turbidas Novitates et gravamina quibus illos aggravare desiderat P. Abbas Mirecki eosdem obligando ut juxta certa Congregaonis & Communitatis S. Bendti instituta austeram in Polonia ducant vitam eamobrem subreptitium ut fertur summi Pontificis obtinuit Decretum et ut exequeret etiam assistentiam Sacri Tribunalis Rndmæ Dnaonis Vræ Nobis plurimum sensibile audire tales querelas Relsorum præfatorum et videre periculum in quo inveniunt ne arripiant extrema scandalosa potius quam novis subjici legibus, & tanto majorem habemus displicentiam quanto advertimus malum inde scaturire unde potius sperari debuerat remedium. Desiderabile vel maximæ esset si Curia Romana abstineret à certis Novitatibus quæ possunt causare turbulentias inter Ecclesiasticos et volendo aliquam promovere adminus cum notitia ad quem directè spectat et convenit ut advertat Negotium circa Abbatias Nostri Regni manet sub tapete obrationem quam habemus illud terminandi utriusq; partis satisfactione manet tamen apud Nos obliteratum ac si essemus insensibiles quando Romæ sine Nobis fiunt resolutiones quò ad modernas Abbatias. In casu igitur præsenti videt nobis necessarium ut Vra Dnao Rndma suspendat omnem Actum ulteriorem virtute Brevis Apostolici eidem commissi ad exequendum. Quod verò attinet Erectionem Congregaonis Præfatæ quæ promovet à Patre Mirecki solus Deus scit ob

quem

quem finem; Hinc eundem requirimus ut hæc faciat in quantum
est in ejus animo ut sit bona harimonia inter Curiam Ro-
manam & Nostram et desiderat à Nobis fieri satisfactus. Quando
revertemur Varsaviam deputabimus aliquos de Nostris Consi-
liarijs ut tractent cum Vrâ Dñe Rndma circa hoc cum
debito modo et sine præjudicio Directorum & Privilegio-
rum Monasteriorum quæ cum sint in Nostra Protectione
debemus defendere. Et quando dico nos poterimus uniformes
fieri & concordes ad mentem Suæ Beatitudinis faciemus
cum illa promptitudine quæ hucusq, non defuit Nobis &
debet habere respectum. Et nunc assecurando Vram
Dnaonem Rndmam Dnam quomodo æstimamus & amamus
Suam Personam ipsi deprecamur à DEO Domino No-
stro abundantes felicitates. Dabant Griswaldi Die
24 Sept. Anno 1712. Augustus Rex

Sub eodem Actu conclusum quatenus R. P. Stephanus
Bylina superaddat in Plenipotentia Ablegandorum Re-
verendorum Patrum ad Illm Nunciaturam per termino præ-
fixo comparituros unà cum Ptatis Rndis Patribus supe-
rius assignatis et expressis Ablegandis.

Sub eodem actu conclusum quatenus (quoniam in absen-
tia R. Patris Benigni S. Theologiæ Lectoris et Suppriori, Le-
ctio Theologica vacabit) Rndus Pater Faustus Cantor, Re-
ligiosos Fratres instruat in Cantu certis diebus scilicet die-
bus feriæ ~~[illegible]~~ et Quintæ, insuper diebus festivis ho-
ris præmeridianis, quam quidem diligentiam Adm Rndus Pater
Prior Religiosis Fratribus demandavit præsertim ad Sacros
Ordines Aspirantibus juxta nuper latum in Constitutionibus Decre-
tum per Celsissimum Principem Illustrissimum et Rndm Do-
minum Primatem Regni Poloniæ et Abbatem Monasterij
Nostri Synecensis.

Sub eodem actu propositum est ratione aureae Cujusdam Crucis quam sibi D. Mirecki restitui petit prout habet actus Capitularis 29 Mensis Aprillis in Anno 1712 celebratus. Adm. Rndi Patres censuerunt quatenus P. P. Josephus hac in Causa requiras et informet Venerabile Capitulum, et postea habita informatione concludatur.

Sub eodem Actu Adm. Rndus Pater Prior demandavit Adm. Rndo Patri Provisori quatenus Rndis Patribus in Vicam in Causa praetensae Congregationis Polono Benedictinae dirigendis tempestive currus et equos provideat et praeparet necessaria. Post haec conclusum quatenus P. Benignus Supprior in equo cum famulo antecedat et quam citissime se Varsaviam conferat ne forte neglecto termino diei, aliquid nobis in contumaciam eveniat, Conclusum fuit etiam quatenus praefatus P. Benignus omnia documenta et scripta contra praefatam praetensam unionem secum accipiat quae Procuratoribus et Patronis Causarum ad manus reddat.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1712. Die vero 23 Mensis Decembris. Congregatis ad Sonum Campanae Adm. Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Supprior et Notario Capli nec non P. Theologiae Lectore, Gregorio Zaykiewic, Guilhelmo Czierniewic Decanis, Stephano Bylina Procuratore Causarum et Magistro Ceremoniae, Martino Barthon Sacrista, Fulgentio Kligowski Praeposito Infirmorum, Fausto Mastalski Cantore, Damasceno Jaronski Florentio Tyrnawski, Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulik Magistro Novitionum, Samuele Zapartowic, Eustachio Czierski Philosophiae Lectore, nec non Religiosis Fratribus Matthia Siewierski, Bernardo Glinski, Benedicto Baszynski Diaconis, Gerardo Mellowski Aegidio Mostowski Oddone Ryporynski Subdiaconis, Augustino Piasiecki Clerico, Laurentio Latalski, Mellito Godzemba, Joanne Chotecki, Georgio Wyrzikowski

Ca-

Casimiro Chudzynski, Placido Chudzynski, Cypriano Cziezkiewic Paschali Ciechowic, Modesto Kistelski, propositum est Scrutinium de F. Ignatio utrum ulterius in Novitiatu conservandus, nec ne? A. Rndus Pater Justus Machulik Magister Novitiorum dixit quod praefatus Fr. Ignatius quidem habeat talentum artis pictoriae, sed negligens ad Opus Dei, et nimium cum saecularibus conversativus sit: interim conservari potest ulterius.

F. Modestus dicit Fratrem Ignatium Novitium praefatum esse negligentem, rixosum et non habentem Spiritum, uti ab ipso praefato Ignatio audivit. Caeterum videf esse utilis Vbli Communitati.

F. Paschalis, negligentem eum in officijs assignatis asseruit, praesertim in Matutino et alijs officijs, imo rixosum. Septem annis probet ad professionem.

Fr. Cyprianus negligentem eum quidem asseruit, sed corrigibilem. Et dixit quod praefatus F. Ignatius cum sit ad Laicalem Statum susceptus, presbyteratum affectet. Caeterum cum petit admitti, votum pro illo affirmativum dedit.

F. Placidus dicit eum esse rixosum, et cum saecularibus conservationem habere. Caeterum Votum suum dispositioni superioris conformat.

F. Casimirus idem.

F. Georgius dixit quod praefatus F. Ignatius sit quidem pictor sed nullo modo applicet se ad religiosam observantiam.

F. Joannes affirmative dixit pro ipsius ulterio susceptione.

F. Mellitus asseruit quasi F. Ignatius conquestus

fuerit coram ipso quasi melius se habuisset in saeculo, et alia de ipsius impatientia protulit. Interim sententiam dedit pro ulteriori ipsius conservatione.

F. Laurentius affirmative pro ipsius ulteriori conservatione

F. Augustinus idem

F. Oddo idem

F. Aegidius idem

F. Gerardus idem

F. Benedictus idem

F. Matthias idem.

R. P. Eustachius idem

R. P. Samuel idem.

R. P. Franciscus idem

R. P. Florentius dixit eum esse percussorem, et quod velit ex 4 rationibus de Monasterio exire. Caeterum cum spondeat constantiam affirmative pro ipsius conservatione sententiam dedit.

P. P. Damascenus negligentem eum dixit, curiosum et rixosum, sed corrigibilem. affirmat pro ipsius ulteriore conservatione.

R. P. Faustus affirmat pro conservatione ipsius ulteriori

R. P. Fulgentius affirmat

R. P. Martinus affirmat

R. P. Stephanus negative

R. P. Guilhelmus dixit eum esse negligentem, praesumptuosum, praesertim quod sibi coronam Monasticam ausus sit tondere sine licentia superioris. Protrahat ipsius professio ad annum et probet in spiritu; quod si negligens inventus fuerit expellat.

R. P. Gregorius dicit eum esse corrigibilem, et maxime utilem Ubi Communitati. affirmat.

P. Ben

P. Benignus affirmat pro ulteriori susceptione.
A.R.P. Prior suscepit praefatum Novitium ad Ulteriorem praeceptionem.

Sub eodem Actu A.R.P. Prior consensum requisivit pro mittendis Ablegatis Varsaviam pro Comitijs futuris. Conclusum quatenus expectet declaratio Celsmi Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri.

Sub eodem Actu Adm. Rndus P. Prior informari voluit, de Vecturis disponendis, Mittendorum Rndorum Patrum et Fratrum ad Loca Particularia ex Monasterio formali Tynecensi. Adm. Rndi Patres Seniores dixerunt fuisse consvetudinem quod, si ex Monasterio Nostro formali aliquis mittebat ad Locum particularem tunc et eodem Monasterio providebat ejusmodi Vectura; si vero ex Locis Particularibus aliquis mittendus fuit ad alium Locum, tunc Superiores Loci illius solebant equum addere ejusmodi Vecturae. Decisum itaque, quatenus R.P. Joachim Korynski Praepositus Tuchoviensis addat equum pro Vectura mittendi Patris Basilij in Lithvaniam ibidem residentis Tuchoviae, et cum Rndo Patre Martino Barthon expediendi, in Monasterio Tynecensi hucusque residente.

Sub eodem Actu, propositum est de substituendo Sacristiano in Locum Rndi Patris Martini Barthon. conclusum pro A.R.P. Gregorio Zaykiewicz Decano.

Acta sunt haec in Monasterio Tynecensi in Anno 1712 Diebus Mensium quibus supra. P. Benignus Buchowski Supprior et Notarius mpp

Incipit Annus 1713.

"Anno Dni 1713. Die vero 3 Januarij

Actum in Conclavi" in praesentia Perillustr et Rndmi Dni Martini Ciechanowic Canonici Vladislaviens Monasterij Tynecens Commissarij necnon in praesentia Magnifici ac Excellentissimi Domini Andreae Szafalkowic S. Auth. Aplica Notarij Publici necnon Consulis Cracoviens Adni Rndus Pr Stanislaus Wolsztynski Prior et Castor Tynecens convocatis ad Consilium Adni Rndis Patribus Benigno Buchowski Supprior et Notario, Gregorio Zaykiewic Guilhelmo Czerniewski Decanis, Stephano Bylica Procuratore Causarum Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum reassumpsit Propositionem suam in Anno 1712 die vero 18 Mensis Aprillis factam, ratione Pacificationis cum Magnifico Dno ~~Domino~~ Capitaneo Cracoviense, ratione praetensionis quotannis Solvendorum Nodem florenorum, cum tamen ex Originalibus Regni actis compertum sit de duobus tantum quotannis Solvendis florenis praefato Magnifico Domino. Conclusum, procedendum esse in ejusmodi negotio, et ejusmodi causam praevia instantia Celsissimi Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri in Comitijs Varsaviae futuris proponendam ac ejusmodi ex Originalibus Actis Regni documentum praesentandum.

Sub eodem Actu propositum e ratione ratione Praetensae Congregationis seu Unionis Rndmi Mirecki, et de gravaminibus ex ejusmodi Congregatione eveniendis Monasterio Nostro Claniaco Tynecensi. Perillustris et Rndmus Dns Commissarius dixit se non posse influere in ejusmodi propositionem. Interim a Rndis Patribus Consiliarijs Conclusum supplicandum Magnifico Dno Instigatori Regni quatenus citare velit ad Tribunal Regni Polonice Rndmi Mirecki de injusta vexa et invasione Jurium Regni. Conclusum insuper mittendos esse ablegatos in utraque Causa.

Actum in Monasterio Tynecensi in Residen-

tia

tia Adm Rndi Patris Prioris Anno Dni 1713 Die vero 7 Ja-
nuarij. Convocatis ad Consilium Adm Rndis Patribus Benigno
Buchowski Supprior et Notario, Gregorio Zaykiewicz Decano, Ste-
phano Bylina Procuratore Causarum, Fulgentio Krigowski
Praeposito Infirmorum Francisco Zaleski Provisore Justo
Machulik Magistro Novitiorum, proposuit ARP. Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos utrum
Decretum Anno 1713 die vero 3 Januarij contra Fratrem
Joannem Chotecki latum Actis praesentibus ingrossari debeat
aut etiam in alio libro Decretorum. Sententiatum est taliter.

P. Benignus dixit ejusmodi Propositionem potius ad plenius Ca-
pitulum suspendendam esse quatenus amplius Poenitentiae non scribantur in Actis.

RP. Gregorius dixit: Sequetur ejusmodi Decretum in Char-
ta Privata.

RP. Stephanus idem

RP. Fulgentius idem

RP. Franciscus idem

RP. Justus Magister Novitiorum dixit quatenus simpliciter
ejusmodi Decretum in Actis non connotetur.

ARP. Prior idem mandavit RP. Notario Capli.

Sub eodem Actu propositum est qualiter F. Joannes se
humiliet et petat misericordiam, ac se ex cella occlusa eli-
berari supplicet. Sententiatum taliter.

P. Benignus Supprior dixit non esse punctum dimissionis ex Mo-
nasterio: Sed quoniam nonnulli instent, nonnulli incusent,
ideo potius reassumendam esse de ipsius causa propositionem in
Pleniori Capitulo.

RP. Gregorius dixit quatenus cum ipso relaxetur.

RP. Guilhelmus protunc infirmus et decumbens votum
suum misit et dixit: prout ipsum non judicavi,
et non fui vocatus ad ejusmodi propositionem, sic
nolo intrare istam occasionem. Et cum hoc sit Pun-
ctum dimissionis debet ista causa criminalis deferri
Celsmo Principi Abbati Tyrecensi.

RP. Stephanus dixit quatenus satisfaciat Decreto
et cum RP. Prior viderit praefati Joannis humili=

tatem, paterne cum ipso procedat.

R.P. Fulgentius idem

R.P. Franciscus dixit et petijt quatenus misericordia ipsi monstrer.

R.P. Justus petijt quatenus accipiat ex occlusa Cella et ultimo loco inter Fratres collocet.

Adm. Rndus Pr. Prior conclusit quatenus F. Joannes ex Cella occlusa accipiat et collocet inter Fratres.

Sub eodem actu R.P. Prior proposuit quod Rndi Patres Florentius Zephyrinus Eustachius sæpè se absentent à Matutino et alijs horis et Sacrum Silentium non observent. R.P. Zephyrinus vocatus ad præsentem sessionem dixit quod frigus patiatur et non habeat quo se cooperet, interim spopondit emendationem, similiter cum Rndus P. Eustachius spopondisset emendationem, ambobus Rndus P. Prior pepercit. P. autem Florentius ad recollectionem absolvendum designatus est.

Sub eodem Actu proposita est ab R.P. Priore necessitas mittendi aliquem è gremio Nostri pro emendo Panno ad conficienda Vestimenta Patribus et Fratribus in tempore distribuenda. necnon pro alijs necessarijs Monasterij. Sed quoniam in Thesauro nulla pecunia habeatur, ideo de ejusmodi mutuo concedenda pecunia etiam propositum. Conclusum supplicandum esse Perillustri et Reverendissimo Domino Dno Martino Ciechanowic Canonico Vladislaviensi Juris Utriusque Doctori, Monasterij Nostri Tynecensis Commissario quatenus nobis ex gratia sua tria millia mutuo concedere dignetur, quæ tria millia ipsi præfato Perillustri et Rndmo Dno Commissario ad omnem requisitionem cum omnimoda gratiarum actione restituere tenebimur.

Actum in Monasterio Tynecensi in Residentia Adm. Rndi Patris Prioris Anno Dni 1713 die verò 13 Januarij Congregatis ad Consilium Adm. Rndis Patribus Stanislao Wol-

szty-

sztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Supprio-
re et Notario Gregorio Zaykiewicz Fabricæ Præfecto Stephano
Bylina Procuratore Causarum Fulgentio Krigowski Præposito
Infirmorum Francisco Zaleski Provisore Justo Machulik
Magistro Infirmorum reassumpta est propositio die decima se-
ptima præsentis facta ratione mutuò concedendæ peccuniæ pro
necessarijs Communitatis, et à quonam concedendum. Sententia-
tum est taliter

P. Benignus intulit supplicandum Perillri et Rndmo Dno Com-
missario pro ejusmodi mutuo concedenda peccunia.

R. P. Gregorius assensit quatenus ejusmodi necessaria peccunia
accipiat ex Villa Radzieszow à D. Wylezynski Admini-
stratore, quandoquidem pro duobus annis ex præfata Villa
nihil in thesaurum repositum.

R. P. Maurus votum suum misit quatenus à D. Wylezynski
præfata peccunia accipiat.

R. P. Guilhelmus votum suum misit quatenus à D. Wylezyn-
ski ejusmodi peccunia accipiat sine respectu tamen ulterioris
arendæ. alias supplicandum Perillri et Rndmo Dno Commissario.

R. P. Stephanus idem assensit

R. P. Fulgentius idem

R. P. Franciscus idem

R. P. Justus idem

A. R. P. Prior intulit gratias agendum Perillri et Rndmo Dno Com-
missario pro bono affectu quod nobis velit gratiam suam mon-
strare et ejusmodi peccuniam mutuò concedere. Interim à
D. Wylezynski accipiendum assensit. Et gratiam Perillri et Rn-
dissimi Dni Commissarij pro alia occasione conservandam
esse. Et pro ejusmodi accipienda peccunia assignati sunt
Rndi Patres Gregorius et Stephanus.

Sub eodem actu A. R. P. Prior proposuit mittendos esse Varsa-
viam ablegatos Rndos Patres Benignum Buchowski Suppriorem
et Stephanum Bylina Procuratorem Causarum, in Negotio pacifi-
cationis cum Illmo et Magnifico Dno Capitaneo Cracoviensi, nec
non in Causa contra præsentem Congregationem Polono Benedictinam.

Sub eodem Actu conclusum quatenus Dno Mirecki aurea Crux
reddat quandoquidem compertum est ipsius esse, ex relatione P. Josephi.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Domini 1713 Die vo 28 Januarij. Congregatis ad Sonum Campanae Admodum Reverendis Patribus et Fratribus inferius appositis, propositum ultimate de Fratre Ignatio Kovitio, utrum ad Professionem suscipiendus nec ne? ac juxta morem et Consvetudinem à Fratribus Juniorib[us] de vita et moribus informari voluit: Sententiatum est taliter.

R.P. Prior

F. Modestus Kistelski Conversus dixit quod praefatus F. Ignatius dubitet de perseverantia imò quod nolit esse Religiosus et hoc ex frequenti praefati Fratris Ignatij locutione.

F. Paschalis sententiam suam Votis et Arbitrio Superioris conformat.

F. Laurentius dixit affirmative pro susceptione illius, imò ad arbitrium Superioris.

F. Cyprianus ad arbitrium Superioris

F. Placidus idem

F. Mellitus idem

F. Augustinus dixit quasi F. Ignatius non habeat Spiritum prout ab ipso Fratre Ignatio audivisse se fassus est.

F. Oddo negative pro Fratris Ignatij susceptione

F. Gerardus negative

F. Benedictus dixit quod F. Ignatius vacillet in perseverantia, interim ad arbitrium Superioris sententiam suam dedit.

F. Bernardus Diaconus dixit quod F. Ignatius nolit perseverare in Religione Sacra prout ab ipso audivit.

R.P. Zephyrinus dixit quod ipse F. Ignatius se agnoscat habere suos defectus: Interim se committat Voluntati Superiorum. Quare de Fre Ignatio Votum suum Voluntati et Arbitrio Superioris conformat.

R.P. Franciscus asseruit ad adventum R.Patris Magistri suspendendam esse ~~[illegible]~~ de Fre Ignatij decisionem circa ipsius

ipsius susceptionem ad Sacram Professionem

RP. Florentius dixit quod F. Ignatius omnia faciat in contrarium. Et quod ultra velit ad Saeculum ire; quare negativam pro ipsius susceptione sententiam dedit.

RP. Damascenus dixit Fratrem Ignatium esse iracundum malitiosum et non amare munditiem in Cella et habitu. Quare negative pro ipsius susceptione dixit.

RP. Fulgentius dixit quod F. Ignatius ipse fassus sit se non habere Spiritum ad Religionem: imo quod dixerit, si Dei voluntas fuerit tum et ego manebo et alia impertinentia allegavit ipsiusmet Fratris Ignatij dicta, praesertim incuriam circa sui ipsius munditiem, imo negligentem. Quare negative pro ipsius susceptione dixit.

RP. Gregorius dixit nemo quidem sine defectibus; sed non taliter prout F. Ignatius, qui desiderat commoditatem extraordinariam et libertatem, quare negative pro ipsius susceptione dixit.

P. Benignus Supprior sensit cum pluralitate.

Posthac Adm. Rndus Pr. Prior curavit vota adferri ab infirmis Rndis Patribus scilicet Mauro Rubinkowski et Guilhelmo Cierniewski.

R. P. Maurus sensit cum pluralitate

RP. Guilhelmus negative pro ipsius susceptione ad S. Professionem.

RP. Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos conclusit quatenus F. Ignatius dimittat ex Monasterio.

Sub eodem Actu propositum est ab Adm. Rndo Patre Priore qualiter Perillrs et Rndmus Dnus Commissarius praesentaverit ipsi Literas à Celsmo Principe Illmo et Rndmo

Domino Primate Regni et Abbate Nro Tynecense, qualiter Pfatus Celsissimus Princeps demandavit praefato Rndmo Dno Commissario quatenus inquirat de excessu Fratris Joannis, et corrigat si non est punitus, imo augeat si non est debite et proportionate punitus. Sententiatum est taliter

P. Benignus Supprior dixit supplicandum esse Celsissimo Principi quatenus ex sua clementia dignet praefato Juveni condolere et demandare Perillri et Rndmo Dno Commissario quatenus desistat ab ulteriori auctione decreti.

R.P. Gregorius dixit jam factum est de Pfato Joanne Decretum; adeoque non augendum sed relaxandum. Et petijt quatenus Pfatus F. Joannes possit cum colari et muceto incedere, ultimo tamen loco collocandus. Et dixit non esse necessarium à Nro Capitulo scribendum et supplicandum Celsmo Principi, sed à Perillri et Rndmo Dno Commissario.

R.P. Fulgentius idem
R.P. Damascenus idem
R.P. Florentius idem
R.P. Franciscus idem
R.P. Zephyrinus idem.
Adm Rudus Pr Prior confirmavit pluralitatem Votorum.

Sub eodem Actu A R.P. Prior significavit quod capitulariter opporteret Dno Swiderski Arendatori in Villa Opaczyka renunciare arendam, prout etiam se scripsisse ad eundem Dnum asseruit. Similiter ratione Dni Gniatkowski quatenus recedat ex Villis Zorrow et Bukow.

Sub eodem Actu R.P. Gregorius objecit Rndo Patri Florentio Justum: quod audiens Pfatus P.

R.P. Florentius protestabatur et petijt coram Venerabili Capitulo quatenus R.P. Gregorius teneat ipsi probare sub poena talionis: ipse vero R.P. Gregorius annuit quod velit probare tempore suo cum fuerit requisitus.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 die vero 20 Mensis Februarij Congregatis Adm Rndis Patribus, Adm R.P. Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos proposuit futuram expirationem Arendae Dni Swiderskij in Villa Nostra Opaczyka Administratoris. Conclusum negative pro ulteriori Arenda, imo sententiatum quatenus praefato Dno statim renunietur Arenda et ejusmodi Villa per Conventum administretur, praesertim quod praefatus Dnus per triginta circiter Annos praefatum Villam administraverit sine fructu Notabili Contus Nostri.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713. Die vero 10 Mensis Martij. Congregatis ad sonum Campanae Omnibus et Singulis Adm Rndis Patribus et Religiosis Fratribus inferius connotatis. Propositum est Scrutinium de Fratribus Novitijs Nicolao & Ambrosio in Ordine ad Ulteriorem Susceptionem, utrum digni apti obedientes diligentes et patientes reperiantur. Interim R.P. Justus Machulik Magister Novitiorum de ipsismet Novitijs testimonium dedit quod praefati Fratres Novitij sint Obedientes patientes et perseverantes et petijt pro ulteriori illorum susceptione. Sententiatum est autem taliter.

F. Cyprianus consensit pro ulteriori illorum susceptione
F. Placidus Chudzynski idem
F. Casimirus Chudzynski idem
F. Georgius Wyrzikowski idem
F. Joannes Chotecki idem
F. Laurentius Latalski idem
F. Mellitus Godzemba idem
F. Augustinus idem
F. Oddo Rypczynski idem
F. Gerardus Mellowski idem
F. Benedictus Baszynski idem
F. Bernardus Ilinski idem
F. Matthias Siewierski idem.

R. P. Zephyrinus Jezerski idem
R. P. Justus Machulik Magister Novitiorum ad placitum Venerabilis Capituli
R. P. Franciscus Zaleski consensit
R. P. Florentius Tyrnawski idem
R. P. Faustus Mastalski idem
R. P. Damascenus Jarecki idem
P. P. Fulgentius Krigowski idem
P. P. Gregorius Zagkiewicz Decanus idem
P. Benignus Buchowski Supprior idem.
A. R. P. Stanislaus Wolsztynski Prior et Custos affirmative pro illorum ulteriori probatione conclusit.

Sub eodem Actu propositum de quodam Aspirante ad Sacram Religionem Nram de Nomine et Cognomine Josepho Karski Presbytero Saeculari utrum ad probationem Suscipiendus nec ne? Sententiatum e taliter

R. P. Zephyrinus consensit
R. P. Justus Magister Novitiorum idem
R. P. Franciscus idem
R. P. Florentius idem
R. P. Damascenus idem
R. P. Faustus idem
P. P. Fulgentius idem
R. P. Gregorius idem
P. Benignus Supprior idem
A. R. P. Prior conclusit affirmativas sententias et injunxit R. Patri Damasceno et Rndo Patri Justo Magistro Novitiorum quatenus à praefato Aspirante recommendationem recipiant et adhuc ulteriorem ejusmodi recommendationem requirant.

Sub eodem actu assignatus e R. P. Magister Novitiorum pro Depositario, in locum pie defuncti Patris Guilielmi Decani.

Sub eodem Actu A. R. P. Prior injunxit Omnibus & Singulis ne aliquis audeat portiones ex Refectorio extradere. Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 die vero Quarta Mensis Aprillis. Congregatis ad Sonum

Sonum Campanae Adm. Andis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Supriore et Notario Capituli Gregorio Zaykiewic Stephano Bylina Decanis, Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum, Damasceno Jarzski Fausto Mastalski Cantore Florentio Angelberger, Samuele Zapartowic, Justo Machulik Magistro Novitiorum, Zephyrino Jezierski propositum est qualiter D. Haynikowa Administratrix in Oppido Nostro Opatowiec exposuerit inopiam et ruinam Subditorum, praesertim in peccoribus Equis et grano. Item qualiter Aedificium ibidem indigeat reparatione praesertim in tecto et Camino. Et requisivit Sensum Vblis Capti Andis P. Prior, utrum ipsa Dna praefata debeat subvenire et reparare nec ne? Sententiatum est taliter.

P. Benignus asseruit debitam in hoc debere fieri animadvertentiam circumstantiam et circumscriptionem, ne forte aliquid extra consensum Vblis Capti praefata Dna exponat et postea praetensiones aliquas praetendat.

RP. Gregorius consensit

RP. Stephanus non consensit pro Equis et bobus emendis ab ipsa praefata Dna, sed tantum quo ad reparationem tecti et Camini sumptibus praefatae Dnae.

RP. Fulgentius dixit Equos et boves quidem esse Necessarios sed posset adhuc suspendi ista propositio. Quo ad tectum et Caminum reparandum ab ipsa praefata Dna, consensit.

RP. Faustus consensit

RP. Damascenus suspendendam tantisper esse asseruit circa emptionem boum et Equorum propositionem: quo vero ad reparationem tecti et Camini consensit.

RP. Florentius ad Vota seniorum se conformat.

PP. Samuel consensit

PP. Justus ratione boum et Equorum emptionem suspendendam esse propositionem. Caeterum quo ad reparationem tecti et Camini

consensit
RP. Zephyrinus consensit
ARP. Prior confirmavit Vota Rndorum Patrum.

Sub eodem Actu propositum est de mittendis ad sacros Ordines Fratribus Scilicet Fratribus Matthia et Bernardo ad Presbyteratum Joanne Georgio Casimiro et Placido ad Clericatum

P. Benignus consensit
P. Gregorius consensit
P. Stephanus consensit
P. Fulgentius consensit. quo vo ad Frem Matthiam dixit qd habeat defectum in Visu. attamen probef si ita est.
P. Florentius consensit
P. Faustus consensit
P. Samuel consensit
P. Justus consensit
P. Zephyrinus consensit
RP. Prior conclusit confirmando Vota Adm Rndm Patrum. assignavitque Examinatores RP. Suppriorem Rndos Patres Maurum, Damascenum, et Justum Magistrum Novitiorum.

Sub eodem Actu RP. Zephyrinus assignatus est pro Sacristiano in locum RPris Gregorij qui se petijt ab eodem officio liberari.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 Die vero Quinta Mensis Aprillis. Congregatis ad Conclave Perillustris et Rndmi Dni Martini Ciechanowic Canonici Vladislaviensis Monasterij Nri Tynecens Commissarij, Adm Rndis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Suppriore et Notario Capli Gregorio Zaykiewic Stephano Bylina Decanis Fulgentio Krigowski Praeposito Infirmorum Fausto Mastalski Cantore Francisco Zaleski Provisore Damasceno Jarzyski Florentio Agelberger Samuele Zapartowic Justo Machlik Magistro Novitiorum, Personaliter adveniens Clarissimus et Consultissimus Dominus Antonius Prosperus Monasterij Nostri Patronus et Advocatus, remonstravit, qualiter

liter à Conventu Nostro Missus ad Urbem in Causa Congregaõnis Polono Benedictinæ ꝑtensæ (cum cambium aureorum à Conventu Nostro missorum non sufficisset pro ejusmodi Congregõis Causa) exposuerat suam pecuniam, juxta Regestrum suum specificatum scilicet aureos 38 dico triginta octo, excepto onere Postæ et alijs minutioribus expensis: Et petijt ꝑfatus Consultissimus et Clarissimus Dñus Patronus et Advocatus prætensam expensam sibi resarciri. Insuper suos impensos labores et merita prout Actus habent superiores in Causis Congregaõnis ꝑtensæ, Decimarum Węgrzynovicensium et Parochiæ Tynecen. et alijs negotijs quæ adhuc manent in bonis terminis insinuavit, petens compensationem et gratitudinem. Conclusum quatenus ꝑfato Consultissimo et Clarissimo Dño Patrono et Advocato satisfiat et restituat prætensa expensa, nec non intuitu impensi laboris præstet ipsi debita gratitudo. Etiam fuit fervens instantia à præfato Clarissimo et Consultissimo Dño Patrono et Advocato ratione præstandæ gratitudinis Patronis Romanis specialiter Clarissimo et Consultissimo Dño Gregorio Lisinio qui in causa Congregaõnis scripsit et laboravit, nihil tamen penitus accepit. Sub eodem Actu conclusum quatenus in Curia Romana attendatur Causæ Parochiæ Tynecen. super qua Causa Clarissimus et Consultissimus Dñus Antonius Prosperus Patronus et Advocatus requirendus et Expensæ providendæ. Sub eodem actu proposita est mentio Celsissimi Principis Illmi et Rndmi Dñi Primatis Regni et Abbatis Nri qualiter scripserit et mandaverit quatenus duo ex Religiosis Fratribus pro studio Philosophico mittant.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dñi 1713 Die verò 12 Mensis Apprillis in Die Cœnæ Domini. Congregatis ad sonum Campanæ Adm Rndis Patribus Stanislao Wolczynski Priore et Custode Tynecensi, Benigno Buchowski Suppriore Gregorio Zaykiewicz Stephano Bylina Decanis, Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum Fausto Mastalski Cantore, Francisco Zabeski Provisore, Damasceno Jaronski

Florentio Engelberger Samuele Zapartowicz, Justo Machnik Magistro Novitiorum Zephyrino Jezerski Sacristiano, nec non Omnibus et Singulis Religiosis Fratribus Matthia Siewierski Bernardo Glinski Diaconis Benedict Baszynski Gerardo Mellowski Aegidio Mostowski Oddone Rypinski Subdiaconis Augustino Piasiecki Clerico, Laurentio Latalski Mellito Godzemba Joanne Chotecki Georgio Wyszikoski, Placido Chudzynski, Casimiro Chudzynski Bonifacio Pininski Cypriano Cieskiewic, Paschali Ciechowic, Modesto Kistelski, Adm RP. Prior Sermonem habuit Spiritualem de SSmo Corpore & Sanguine Christi recommendans Vota Religionis, mutuam Charitatem et resignationem propriae voluntatis et alias Virtutes ut moris est in die Coenae Domini quatenus mundo corde et tota mentis devotione accedant Omnes et Singuli ad Sacram Communionem. Post haec RP. Damascenus Jaronski accepta loquendi licentia dixit. Turpe est Doctori dum culpa redarguit ipsum: et intulit quod RP. Prior quandoquidem ipse proprietarius sit et propriam sequaf voluntatem, disponens in rebus Monasterij sine scitu Communitatis ac privatas correspondentias cum Personis haereticis habeat subministrans illis pecuniam, nec non pro Communitate sed pro suo lucro acquirendo et privatis suis respectibus laboret, ideo ipsum dixit esse in Censuris quod non deberet hodie ejusmodi solemnitatem exercere. Dixitque quod non posset ab ipso sumere Sacram Synaxim nec habere illum pro Priore. Quo audito jussus est RP. Damascenus paulisper ex Sessione recedere. R. P. Prior respondit et dixit quodsi in aliquo reprehensus fuero subdo me Capitulari judicio. Rndi Patres Stephanus Gregorius et Fulgentius sententias dederunt quatenus RP. Damascenus occludaf et non admittatur ad Sacram Communionem praecipue quod tam sollemnem diem turbare ausus sit. RP. Supprior dixit non posse nec debere modo fieri judicium quandoquidem Arbiter desit

et

et persvasit quatenus posset RP. Damascenus admitti ad Sacram Synaxim reservata interim propositione ad opportunius tempus. Similiter alij Omnes ARndi Patres Sententias dederunt quatenus RP. Damascenus admittaf ad S. Synaxim, et dixerunt quod non possit nec debeat fieri Indicium modo, Septim cum se ARP. Prior submittat judicio futuro. Igitur reservata est ejusmodi propositio ad Opportunius tempus. RP. verò Damascenus appromisit se probaturum illa omnia quæcunq; objecit. NB NB Noluit probare RP. Damascenus quinimo publice Deprecatus, ex Conclusione et Decreto Capitulari

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Domini 1713 die 21 Apr. apud Perillrm et Rndm Dnum Martinum Ciechanowic Canonicum Vladislaviensem Monasterij Nri Tynecensis Commissarium. Congregatis Adm Rndis Patribus Stanislaò Wolsztynski Priore & Custode Tynecense Benigno Buchowski Suppriore Gregorio Zaykiewic Fabricæ Præfecto, & Decano Stephano Bylina Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum reassumpta ē propositio Rndi Patris Damasceni Jarzyski in die Cœnæ Domini facta contra ARPrem Priorem. R. P. Benignus sententiam dedit quatenus capitulariter ista causa agitef

RPPatres Gregorius, Stephanus Fulgentius Sententiam dederunt quatenus P. Damascenus vel in Lythvaniam mittaf v occludaf et privef activa et passiva voce usq; ad Ente Capitulum. Interim Vocatus RP. Damascenus vocatus ad præfatam sessionem et interrogatus quare ausus sit tam Sollemnem diem turbare? Respondit: quæcunq; dixi, ea protuli ex Sacerdotali conscientia. Interim si aliqui exinde offendunt, deprecor et appromitto quod Amplius non dicam. R. P. autem

Gregorius dixit: Quod ista R.P. Damascenus protulit in illa die ac sint vera; sed quia non in tempore; ideo puniendus. Perillus ac et Rndmus Dnus Commissarius ejusmodi Causam remisit ad plenius Capitulum. Interim Rndi Patres conclusorunt quatenus R.P. Damascenus publice de praef. Vble Capitulum.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 die vero 22 Apprillis in Conclavi apud Perillrem et Rndm Dnum Martinum Ciechanowic Canonicum Vladislaviensem Monrij Nri Tynecensis Commissarium. Congregatis Adni Radis Patribus Stanislao Wolsztynski Priore & Custode Tynecensi Benigno Buchowski Suppriore & Notario Gregorio Zaykiewic Decano & Fabricae Praefecto, Stephano Bylina Fulgentio Krigowski Damasceno Jaropski Florentio Angelberger, Francisco Zaleski Provisore, Samuele Zapartowic Justo Machulik Magistro Novitiorum Propositum est qualiter Causa Parochiae Tynecensis in maximo periculo sit et quomodo agendum pro Incorporatione Monrij apud Celsm Principem Illrm & Rndm Dnum Loci Ordinarium. Propositum etiam est quasi R.P. Josephus electus Parochus Tynecensis vellet resignare suum officium Parochiale. Conclusum quatenus R.P. Josephus hac in parte requiraf, et si ita erit, tunc Vblis Communitas consulat sibi de aliquo Idoneo eligendo Subjecto qui posset ejusmodi causam promovere. Propositum etiam est debitum duorum millium pro expensis Jurium Romam erogatorum in Causae hujus Parochiae Tynecensis.

Sub eodem actu Perillustris et Rndmus Dnus Commissarius recommendavit quatenus juxta Decretum et mandatum Celsmi Principis Primatis Regni & Abbatis Tynecensis facies Ecclesiae quatocius reparef. Item

Conclusum quatenus

Conclusum quatenus juxta anteriorem Conclusionem Capitularem Salvaf. C. Dño Prospero juxta regestum suæ protestationis quam Vbi Capitulo exposuit ratione Negotiorum et Causarum Monasterij Nostri Tyrcensis in quibus fuerat à Monasterio Dñi Romam missus. Item quatenus juxta anteriorem conclusionem Capitularem aurea Crux reddat R. Dño Mirecki quam R. Josephus Vbi Communitati reposuit ac Li Donatam à profato Dño Mirecki. Item quatenus ista ligna quæ parata erant pro ædificijs Culoris extruendis et interim sine sitv Communitatis transvecta, iterum revehantur: Interim Ab. Gregorius respondit quod ista Pfata ligna transvexerit exinde ad Monasterium pro ædificando et extruendo Balneo: Quatenus omnino ista ligna revehantur, missarius mandavit. Actum in Monasterio Tyrcensi Anno Domini 1713 die vo 19 Maj. Congregatis ad sonum Campanæ Adm Rdis Patribus, Benigno Buchowski Supriore et Notario Gregorio Zaykiewic Priano Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum Fausto Mastalski Cantore, Justo Machulik Magistro Infirmorum. Adm R. Stanislaus Wolszczynski Prior & Custos proposuit qualiter ratione Deimæ Wyprzyowiensis compescuit cum Clarissimo Dño Krupski Collega Minore in Clivi-state Cracovienſi et Parocho Cilicensi, et quod in instanti pro futura feria tertia ipsi reponenda sit summa mille et septingentorum florenorum. Quoniam vero in Thesauro Monastico nullum pecuniæ habeatur Conclusum est supplicandum Perillis & Rndmo Dño Mattheo Ciechanowic Canonico Cracoviensi J. V. Doctori, et Monasterij Dñi. Commissario quatenus nobis profatam summam mille et septingentorum florenorum mutuo concedere dignet, ac immediate assignati sunt Rndi Patres Fulgentius et Justus quatenus auream crucem et auream catenam secum accipiant et in pignus eidem profato Perillis et Rndmo Dño reponant donec profatam summam cum omni gratiarum actione restituerint. Fecit etiam Mentionem Adm Prior quod sex aureos Portugales ex Thesauro Nostro sibi curaverit dari pro causa Parochiæ Tyrcensis, quod cum audivissent Rndi Patres dixerunt Adm Do

Patri Priori, quare hoc Loco Situ et expresso consensu Oblij Capitu-
li fecerit? Respondit debuisse facere et respondebo hoc tempore.
Vide omissum actum quod R.P. Damascenus ratione Ab. Prioris. ut habes in fol.

Actum in Monasterio Typocensi Anno Dñi 1713 Die vero 22 Maij
Congregatis de Jonum Campana Admo Rdis Patribus Stanislao Ejusdem Typo-
ski Priore et Custode Typocensi Benigno Budowski Supprore et
Notario Gregorio Zaykiewicz Decano et Fabrica Prefecto Fulgen-
tio Krigowski Proposito Infirmorum Damasceno Janyski Fausto
Matuliski Cantore Florentio Tyrawski Justo Machulik
Magistro Novitiorum Zephyrino Arcerski Sacristano Re-
sumpta est propositio super capitulariter facta ratione De-
cimæ Loc grzymowicz qualiter A.R. Prior finalem compositi-
onem faciat cum Clarissimo Dño Krupski Philosophiæ Doctore
Collega Meo in Universitate Cracoviensi et Parochiali Ecclesia,
sed in instanti pro pena sibi futura reponenda ejusd. profato
Clarissimo Dño Summa mille et septingentorum florenorum
nec non obligationes ad absolvenda Missæ sacrificia exigin-
da. Suspendit Quantum ad Summam mille et septingentorum
florenorum concludunt supplicandum esse Senatui et Rdmo
Dño Martino Richarowicz J.V. Jodoi Canonico Vladisla-
viensi Regni Notario Commissario, quatenus eandem sum-
mam nobis ex gratia sua mutuo concedere dignet; quam
quidem Summam eidem Senatui et Rdmo Dño ad omnem
requisitionem cum omni gratarum actione restituere obli-
gati sumus. Assignatis sunt pro ejusmodi supplicatione
Rdus Andr. Latrei Damascen. et Zephyrin.

Sub eodem dato. Concludunt quatenus Generos.
Dñus P. Krzystowski Bonorum in Burzyn Possessor
per literas capitulares Nostras moneat de reddenda
Summa ducentorum Aureorum Conventui Nro, quam sum-
mam Conventus Noster mutuo concessit M. Dño Dembska
Castellano et ibidem in Burzyn Posseori, juxta Chartam
Obligatoriam ejusdem pro tunc Magnifici Dñi.

Actum in Monasterio Typocens. Anno Dñi 1713 Die
vero 29 Mensis Maij. Congregatis Rdis Patribus
intimata sunt literæ Innotescentiales pro futuro Capitulo Generali

Actum

Actum in Monasterio Tyncensi Anno Dni 1713 die vero prima Mensis Junij. Congregatis Admo Rdis Patribus propositum è qualiter Celsmus Princeps Episcopus Cracovienssi petat pro Equis suis concedi Pascua in pratis Nostris ad minimum per dias Septimanas. Conclusum quatenus eidem Celsmo Principi concedantur.

Actum in Monasterio Tyncensi Anno Dni 1713 die vero Octava Mensis Junij. Congregatis Admo Rdis Patribus Stanislao Wolszdynski Priore et Custode Tyncensi Benigno Buchowski Suppriore et Notario Gregorio Zaykiewic Stephano Bylina Decanis Dalmasteno Sarpski Fausto Mastalski Florentio Tyrawski Sancto Machulek Magistro Novitiorum Zephyrino Jezerski Sacristano Matthia Lewienski Bernardo Klinski, propositum est qualiter F. Gerardus Skallowski supplicet quatenus mittatur ad S. Orden Diaconatus. Conclusum omnium consensu quatenus mittatur.

Actum in Monasterio Tyncensi Anno Dni 1713 die vero decima quarta Mensis Junij. Congregatis ad sonum Campanæ Admo Rdis Patribus Stanislao Wolszdynski Priore et Custode Tyncensi Benigno Buchowski Suppriore et Notario, Gregorio Zaykiewic Stephano Bylina Decanis, Fulgentio Krigowski Præposito Infirmorum Damasceno Tarowski Fausto Mastalski Cantore Justo Machulek Magistro Novitiorum Zephyrino Jezerski Sacristano Matthia Lewienski Bernardo Klinski propositum est qualiter scripsimè in antecedentibus Actis Capitularibus conclusum, quatenus Dno Gniatkowski Administratori in Villis Bukow et Zorawo renunciatur Arenda, et tamen nihil horum subsecutum. Propositum etiam est quod V. Communitas recipiat utrum Pfatus Dns Gniatkowski aliquid ex proventibus profatarum Villarum in Thesaurum Monasterii dederit ac ne? Propositum etiam est qualiter Subditi in Pfatis Villis continuò conquerant contra Pfatum Dnum Gniatkowski. Conclusum quatenus Admi Patres Gregorius Decanus et Fulgentius Præpositus Infirmorum discedant ad profatum Dnum Gniatkowski, ingrirant de profatis querelis, proventus recipiant et renuncient profato Dno Gniatkowski administrationem.

Sub eodem Actu propositum est ratione reddendæ Summæ Perillustri et Rdno Dno Ladislaviensi Martino Gerhardowic

Monasterij hujus Tynecensis Commissario, quam summam gratiose à
profato Perillustri et Rndo Dño Canonico accepimus ut dictus
habeat Capitularer. Conclusum quatenus Rdi Patres Gregorius et Fel.
gentius discedant ad Drum Administratorem Pawonski in Siedlisko et recipiant pro
ventus annuales, ex qua pecunia Solvatur debitum profato
Perillustri et Rndo Dño Canonico. Acta sunt haec
in Monasterio Tynecensi Diebus Monsium An
no 1713 et supra P. Benigius Buchowski
Supprior et Notarius mpp.

Actum in Generali Capitulo in Monasterio Tyne
censi Ordinis S. Benedicti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Tertio die
vero Vigesima Septima Mensis Julij Sessa Secunda post Pentecostem Sub
Suo Providentia Perillustris et Reverendissimi Domini Domini
Martini Szechanowic Juris Utriusq; Doctoris Canonici Vladislavien
si Celissimo Principe Illustrissimo et Reverendissimo Domino
Domino Stanislao in Stupow Szembek Dei & Apostolicae Sedis
gratia Archi Episcopo Gnesnensi Legato Nato Regni Poloniae et Ma
gni Ducatus Lithuaniae Primate Primoque Principe Monasterij Ma
sti Tynecensis Ordinis Sancti Benedicti tam in temporalibus quam in
Spiritualibus Abbate cum facultatibus Electionis Prioris et aliorum
Officialium tam dicti Monasterij Nostri Tynecensis Localium quam
etiam Locorum Patrimonialium Delegati et Deputati Commissarij et
Providentij. Congregatis ad Sonum Campanae Admodum Rever
endis Patribus Stanislao Wolszynski Priore et Custode Tyne
censi Laurentio Bruchowski Supprior Mauro Rubikowi
ski Seniore Lato, Gregorio Zaykiewic Stephano Boglina
Decanis Fulgentio Krigowski Proposito Infirmorum Damase
no Jaronski Fausto Mastalski Cantore Florentio Tyr
rawski Francisco Zaleski Provisore, Justo Machulski Re
gistro Novitiorum Zephyrino Derski Sacristano Josepho
Lacynski Parocho Tynecensi Matthia Siewierski Bernardo
Glinski Eustachio Cierpicki Prorectore Seminarij Clericor
Fratrum Gerardo Mellowski Benedicto Bazynski Diaconis, Sub
dio Mostowski Odone Lyperynski Subdiaconis Procu
ratus Perillustris et Rndus Dominus Commissarius et Praesidens
inhaeren-

inhaerendo intimationi Generalis Capituli Electionis Novi Prioris et aliorum Officialium tam dicti Monasterij Tynecens. quam etiam Locorum Particularium finita Missa Votiva de Spiritu Sancto ad Capitulum Nostrum descendit, perlegique curavit Instrumentum Intimationis Cujus tenor talis.

Stanislaus in Stupow Siembek Dei & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis Legatus Natus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae Primas, Primusque Princeps, Perpetuus Commendatarius Abbas Tynecensis.

Admodum Reverendis Reverendis ac Religiosis Patribus Priori Suppriori Officialibus totique Venerabili Capitulo Monasterij Nostri Tynecensis, nec non Religiosis Reverendis Patribus Praepositis & alijs Residentibus Locorum Particularium, Specialiter Reverendissimis Abbatibus Trocensi et Orloviensi, nec non eorum Residentibus ad idem Monasterium Tynecense Ordinis Sancti Benedicti Jus et interesse habentibus Salutem in Domino et Paternam Benedictionem. Pro debito Officij Nostri et Jurisdictionis desuper Nobis concessae idemnitati et bono regimini quantum possumus consulere volentes, dum imminet post elapsum Triennium Capitulum Generale Monasterij Nostri Tynecensis tempusque Electionis Novi Prioris nec non aliorum Officialium tam dicti Monasterij Tynecensis quam etiam Praepositorum Locorum Particularium tum reliquorum etiam Particularium Officialium Canonicam Electionem pro die Vigesima Sexta quae erit Feria Secunda post Dominicam Tertiam Pentecoster Mensis Junij Anni currentis indicendam et intimandam esse duximus uti quidem indicimus et intimamus in Dei Nomine per praesentes. Quocirca Paternitates et Fraternitates Vestras serio requirimus et monemus quatenus pro die supra assignato Capitulariter in loco solito horis Matutinis congregati abjectis omnibus privatis interventionibus praecisis conspirationibus et quibusvis aemulationibus praemissa Votiva de Spiritu Sancto facta deniq. Universali Reconciliatione et Generali Absolutione accepta hujusmodi Electionem Novi Prioris nec non aliorum Officialium tam dicti Monasterij Tynecensis quam etiam Praepositorum Locorum Particularium canonice et legitime adhibitis Scrutatoribus Sub Praesidentia

Nostra faciant, Electumque pro legitimo suo Priore Electorum, reliquos Officiales et Praepositos agnoscant. In quorum fidem S. Datum Squiernievijs Die Decima Octava Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo tertio. Stanislaus Archi Eppus Gnesnen. Primas Abbas Tynecen. mpp.

Quibus quidem perlectis literis et ab Omnibus reverenter auditis Admodum Reverendi Patres Stanislaus Wolsztynski Officium suum Priorale et P. Benignus Kruchowski Officium Supprioralе humiliter resignarunt ac juxta solitam praxim ad locum professionis suae iverunt. Post quam quidem resignationem praenominatus Perillustris et Reverendissimus Dominus Commissarius adhibito Sacra Authoritate Apostolica Notario Publico Clarissimo ac Consultissimo Domino Antonio Prosperi descendit ad Electionem Novi Prioris, et evenientibus in Personam Adm Andi Patris Joachim Korzynski Votis duodecim praefatum Andum Patrem Joachim pro rite et legitime electo Priore publicavit eique insignia Monasterij Nostri Tynecensis tradi demandavit. Post quam quidem Electionem et Ordinationem denuo Electio Supprioris subsecuta est, ac collectis et evenientibus pro Persona Adm Andi Patris Samuelis Zapartowicz calculis septemdecim, idem praefatus R. Pater Samuel pro rite et legitime electo Suppriore agnitus et publicatus est. His peractis praenominatus Perillustris et Reverendissimus Dominus Commissarius more solito incipiens te Deum laudamus, cum Neo Electo Adm Ando Patre Priore et Omnibus et Singulis Admodum Andis Patribus et Fratribus pro gratiarum actione Divinae Majestati ad Ecclesiam processit.

Actum in Generali Capitulo in Monasterio Tynecensi die vero 27 mensis Junij Anno Dni millesimo Septingentesimo Decimo Tertio sub Praesidentia Perillustris et Reverendissimi Domini Domini Martini Ciechanowic Juris Utriusque Doctoris Canonici Vladislaviensis Monasterij Nostri Tynecensis Commissarij et Praesidentis Congregatis ad sonum Campanae Omnibus et Singulis Adm Andis Patribus nec non Religiosis Fratribus Vocalibus

Suppt

superius expressis et specificatis uno tamen absente Religioso Fratre Benedicto Baszynski Diacono, Reassumpta est propositio circa Electionem reliquorum Officialium tam Localium quam etiam Praepositorum Locorum Particularium. Quoniam vero Notarius Capituli desiderabatur qui connotaret praesentes Actus Capitulares, igitur concordibus votis singulorum Adm Rndorum Patrum et Fratrum electus est in Notarium Capituli Pater Benignus Buchowski. Nihil igitur restabat nisi primario ad Electionem Rndi Patris Magistri Novitiorum descendere et collectis evenientibusque suffragijs in Personam Rndi Patris Dominici decem, Adm Rndus Pater Dominicus pro legitime electo Magistro Novitiorum agnitus et publicatus est. Post haec subsecuta est Electio Provisoris, sed quia post tertiam balotationem non erant vota concordia, quinimo paria pro Persona Rndi Patris Stephani Bylina et Francisci Zaleski igitur devoluta fuit declaratio circa deputationem Provisoris ad Perillustrem et Reverendissimum Dominum Commissarium: Interim Venerabile Capitulum petijt quatenus R Pater Stephanus Bylina subeat Officium Provisoriale, qui etiam pro rite et legitime electo Provisore agnitus et publicatus est. Post haec Perillustris et Reverendissimus Dominus Commissarius descendit ad Electionem Fabricae Praefecti et collectis evenientibusque in Personam Reverendi Patris Francisci Zaleski Votis sexdecim praefatus Rndus Pater Franciscus pro rite et legitime electo Fabricae Praefecto agnitus et publicatus est. Post quamquidem Ordinationem subsecuta est Electio Praepositi Infirmorum, et evenientibus in Personam Reverendi Patris Mauri Rubinkowski Votis quindecim Adm Rndus Pater Maurus similiter pro rite et legitime electo Praeposito Infirmorum agnitus et publicatus est. Ad extremum Electio Thesaurariorum et Procuratoris Causarum devoluta est ad dispositionem Perillustris et Rndmi Dni Commissarij cum Adm Rndo Patre Priore et Consiliarijs. Electiones vero Praepositorum Locorum Particularium suspensae sunt usque ad declarationem Celsissimi Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri. Reliqua quo ad Ulteriorem dispositionem limitata sunt usque ad opportunius tempus

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 die vero 27 Mensis Junij. Congregatis ad sonum Campanae Adm Rndis Patribus inferius scriptis propositum est qualiter hesterna die sub tempus profundi Silentij Nocturni Fratres Benedictus Baszynski Diaconus Mellitus Clericus et Modestus Conversus Fratrem Ægidium Mostowski Subdiaconum colaphis cædebant et usque ad effusionem sanguinis percusserunt eo quod præfatos Fratres admonuisset de fractione Silentij. Interim Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos Tynecensis descendit ad Judicium faciendum et Sententiatum est taliter.

R.P. Gregorius censuit quatenus præfati Fratres Benedictus Mellitus Modestus disciplinam per alium accipiant.

R.P. Stephanus censuit quatenus F. Benedictus privetur voce activa et passiva usque ad triennium sine muceto et colari collocet inter Laicos suspendatur ab Officio Diaconatus et bis per aliam Virgis cædat. Frater vero Modestus Corona et Scapulari in perpetuum privetur, et tribus vicibus disciplinet. Frater Mellitus eandem poenam subeat.

R.P. Fulgentius censuit quatenus F. Benedictus suspendat ab Officio Diaconatus per annum maneatque sine voce activa et passiva, incarceret per unum Mensem, adhibita tribus vicibus disciplina. Fratres vero Mellitus et Modestus priventur colari et corona per annum, disciplinentur semel, Mellitus insuper inter Laicos collocet.

R.P. Faustus censuit quatenus præfati Fratres occludant adhibita disciplina donec ab Excommunicatione absolvantur.

R.P. Damascenus censuit quatenus præfati Fratres in pane et aqua macerentur adhibita disciplina ad arbitrium Superioris.

R.P. Florentius censuit quatenus F. Benedictus privetur per annum Officio Diaconatus, privet insuper corona & colari adhibita disciplina. Fratres vero Mellitus

tus et Modestus eandem subeant poenam.

R.P. Franciscus idem censuit quod quod R.P. Stephanus eo addito quatenus prædicti Fratres incarcerentur et abstinentiam habeant à portionibus ad libitum superioris

R.P. Justus idem censuit quod R.P. Stephanus.

R.P. Zephyrinus censuit quatenus prædicti Fratres disciplinentur, abstinentiam habeant à portionibus, incarcerentur ad arbitrium superioris.

R.P. Stanislaus censuit quatenus prædicti Fratres sedeant informali carcere ad arbitrium superioris, quo expleto Recollectiones absolvant & corona priventur, insuper F. Benedictus privetur voce Activa et passiva ad libitum superioris.

R.P. Josephus censuit quatenus puniant ad libitum superioris.

P. Benignus idem censuit.

R.P. Matthias votum suum votis Andorum Patrum seniorum apposuit

R.P. Bernardus idem censuit

R.P. Eustachius idem censuit, petijtq. quatenus tantum per Unum Mensem suspendant et hoc ad arbitrium superioris.

Adm Andus Pater Joachim Kozynski Prior et Custos auditis sententijs Adm Andorum Patrum super prædictos Fratres tale tulit Decretum. Fratres Benedictus Mellitus et Modestus quandoquidem hesternadie tempore silentij non attento S. Regulæ præcepto imo non attenta præsentia protunc in Monasterio Perillustris et Reverendissimi Sommissarij, Fratrem Ægidium Subdiaconum interea munus Diaconatûs exercentem et eos de fractione silentij admonentem in Cella Fratris Modesti colaphis cædebant et usq. ad Sanguinem percusserunt prout patuit ex

inquisitione et signis ibidem relictis, ex Conclusione Capitulari accipient disciplinam per alium, reservata reliqua poenitentia subeunda et à Superiore assignanda.

Sub eodem Actu propositum est qualiter S. Dnus Swiderski petat ulteriorem administrationem in Opaczqka. Conclusum negativè prout actus habent Capitulares superius circa hujusmodi propositionem negativè conclusi. Post hæc vocati sunt supradicti Fratres percussores ad audiendum decretum quibus quidem venientibus ad Capitulum, post admonitionem Admodum Reverendi Patris Prioris, perlectum est supra scriptum Decretum. Quo audito F. Benedictus sine omni reverentia Venerabilis Capituli accepit Crucifixum ex Altari et flexis genibus impositisque digitis super Crucifixum bis juravit proclamando et obsecrando in eundem sermonem: ~~[illegible]~~ Similiter Fratres Mellitus et Modestus flexis genibus negarunt quod prædictum Fratrem Ægidium non percusserint. His auditis omnes et singuli Reverendi Patres obstupefacti abierunt ex Capitulo relinquendo ejusmodi Ausum Fratris Benedicti ad Ulteriorem discussionem et inquisitionem. Interim R.P. Justus recognovit quod prædicti Fratres percusserunt Fratrem Ægidium allegando signa ibi relicta.

Actum in Monasterio Tynecensi in Conclavi apud Perillustrem et Rndm Dnum Commissarium Anno Dni 1713 Die vero 20 Mensis Julij Congregatis Adm Rndis Patribus infrascriptis. Perillustris et Rndus Dnus Commissarius interrogavit quales nam in Monasterio Motus sint et ob quas rationes et quare tales discordiæ inter R. Patres et Fratres fiant? His propositis responsum taliter.

Adm Rndus P. Samuel Zapartowicz Supprior respondit quod jam jam invenerit istas dissensiones postquam Tuchovia redierit. Ob quam vero causam factæ sunt nescio?

AAP. Maurus dixit quod R.P. Stephanus sit Motor istarum dissensionum.

R.P. Gregorius respondit quod istæ dissensiones fiant ex Rndo Patre

Patre Mauro, qui Capitula quod se in sua cella facit ac se ingerit in generalem dispositionem et quod praecipuè tale murmur et disceptatio fiat inter Rndos Patres et Fratres ex occasione ipsius-met Rndi Patris Mauri, qui se alium Priorem facit, unde Consti-tutiones Celsissimi Principis violant et petijt quatenus Rndmus Dnus Commissarius decretum ferat quatenus eadem Constitutiones inviolabiliter à Superioribus observent sub Privatione officij. Item intulit R.P. Gregorius quod ideo rixae fiant quod R.P. Prior abscesserit et interim P. Maurus usurpaverit sibi au-thoritatem disponendi subjecta praecipue qd Fratrem Modestum necdum juxta Decretum Celsmi Principis correctum in Brzostek pro administratione contra mentem totius Capituli direxerit. Item quod Pecuniam Monasterij ex Siedliska et Zorzow et Bukow ad se ausus sit accipere, Nec non Monasterij Insi-gnia et sigillum penes se conservare. Item quod Compe-tationes in ipsiusmet Patris Mauri cella fiant et multae aliae factio-nes.

R.P. Stephanus respondit quod porrexerit Desideria sua et Postula-ta Perillustri et Rndmo Dno Commissario et petijt quatenus eximirent in Privato Scrutinio. Interim petijt quatenus R.P. Maurus peculium ex Siedliska Zorzow et Bukow ad Thesau-rum reponat nec non sigillum Monasterij. Item quatenus D. Gniatkowski frumentum post Dnum Rospinus relictum et ab ipso acceptum, Monasterio restituat nec non ex Bonis recedat jux-ta aliquot Actus Capitulares. Item petijt quatenus Sessiones et privata Capitula non fiant in Cella Rndi Patris Mauri Item quatenus Consiliarij constituant sine quibus nihil audeat R.P. Prior disponere. His auditis Perillrs et Rndmus Dnus Commissarius puncta quaedam sibi porrecta contra R.Patrem Stephanum perlegit quasi R.P. Stephanus ante Electionem se futurum Priorem promulgaverit et alias ratio-nes contra R.Patrem Stephanum. Interim R.P. Stephanus hoc negavit et falsae Objectioni rationes dedit quas Vene-rabile Capitulum suscepit. Interrogavit etiam Rndmus Dnus Commissarius utrum contenti simus ex Electione Prio-ris et aliorum Officialium

R.P. Maurus dixit quod sit contentus

R.P. Gregorius et Stephanus dixerunt quod Nihil habeant contra Rndum Patrem Priorem sed tantum petierunt quatenus

Rndus P. Prior nihil disponat sine scitu et extra Mentem Celsissimi Principis et Perillustris et Rndmi Dni Commissarij

R. P. Faustus dixit quod sit contentus

R. P. Damascenus idem

R. P. Florentius dixit quod in quantum R. P. Maurus dominabitur tunc Communitas non erit contenta.

R. P. Franciscus dixit qd non sit contrarius

R. P. Stanislaus petijt quatenus Consiliarij constituant à Celsmo Principe et Perillri et Rndmo Dno Commissario

P. Benignus dixit qd sit contentus

R. P. Matthias idem

R. P. Bernardus idem

R. P. Eustachius idem.

His auditis Perillustris et Rndmus Dnus Commissarius censuit quatenus omnes Electi Officiales capiant suum officium et eidem attendant. Demandavit etiam quatenus R. P. Stephanus in praesentia Rndorum Patrum Fulgentij et Damasceni. Officium suum Provisoriale recipiat. Recommendavit etiam mutuam Pacem et Charitatem.

Sub eodem Actu Conclusum quatenus Electiones Praepositorum Locorum Particularium suspendantur usque ad Adventum Celsissimi Principis.

Sub eodem Actu propositum ratione Rndorum Patrum Bernardi et Eustachij quod sit inter illos aliqua disceptatio circa capiendum Locum Professionis, quisnam illorum primum Locum capere debeat quoniam R. P. Eustachius dixit quod prius habitum Religiosum acceperit et prius professionem fecerit, R. P. Pater autem Bernardus allegavit quod prius Monasterium ingressus et prius Novitiatum probaverit. Conclusum unanimi Omnium consensu quatenus P. Bernardus primum locum capiat inhaerendo textui Regulae Sanctae, Capite 63 de Ordine Congregationis. Dubium autem hoc inter illos fuit quia insimul praedicti Rndi Patres habitum Religiosum susceperunt et insimul ad altare pro emittenda Professione accesserunt. Rndus autem Pater Bernardus allegavit fuisse informatam causam, quatenus Pater Eustachius se ad dexteram Partem collocaret. Rndus etiam Pater Eustachius allegavit se prius habuisse vocationem in saeculo. His igitur perpensis adjudicatum est ut supra

pro

pro Parte Rudi Patris Bernardi

Sub eodem Actu personaliter veniens Adm Rndus Dñs Thes-
donus Zielonacki Propositus Konielscensis exposuit quam diligentiam
quod habita prima notitia sanctotentialium pro Convocatio-
ne Generalis Capituli cum R.P.re Alano Sniatkiewia Proposi-
to Uricoviensi pro hujusmodi Generali Capitulo adveniendo ve-
rso Monasterium, et quoniam retardavit adeptus actum Ele-
ctionis Sboru venire, sequenti statim die comparens in Cla-
to Monasterio Typocensi ex ratione tam presentia Celsissimi
Principis Primatis Regni et abbatis Nostri ibidem in Curia
Suis potuit presentis quia eadem inundationem aquarum
et incommoda itineris, ideo se excusatum habere expostula-
vit, quod quidem ipsiusmet prositi Domini Propositi Kosciel-
rensis Postulatum Venerabile Capitulum acceptavit. Sua
vero nulla hucusq, subsecuta Disposito objectorum ideo
prefatus Dñs Propositus debuit infecta rebus domum re-
dire.

Actum in Monasterio Typocensi Anno Dni 1713 die
vero 21 Mensis Julij Congregatis Rdm Rndis Patribus ad Cel-
lam Rdm Rndi Patris Marci, Rdm R.P. Samuel Zgartowski
Supprior Typocensis exposuit necessitatem emendi boves
ad Culinam pro Mensa P. Patrum et Fratrum. Convictum
quoque Rdm Rndo Lodi Stephano Borsina Praeposito ex the-
saurio Monastico dens sexcenti tenores, et quinquagin-
ta pro emptione borum et solutione calcis Cuidam Elid in
Pichowice quam eidem prefatus Elias Varsavia Cuidam Ju-
risto J. Kolinski Nomine conventus Nostri dedit.

Actum in Monasterio Typocensi Anno Dni 1713 die vero 27 Mensis Julij. Congregatis Rdm Rndis Patribus tenoris specificatis propositum est qualiter Archidus Dñs Capellanus Celsissimi Principis Racoviensis postulet a Nostro Conventu concedi pascua in pratis, pro Equis ejusdem Celsissimi Principis quo audito omnes et singuli Rdm Rndi Patres allegarunt impossibilitatem propter presentem inundationem aquarum.

Subeodem Actu propositum est qualiter R.D. Thomas Borski Pro-
Mil. miserit ex Conventu Sancta Crucis S.S. Benedicti pro Refectorio Nostro Sul-

tros, non non libros pro Bybliotheca Nostra qui manent in Depositio qui
Adm Rndum Patrem Maurum Rubinkowski: item qualiter idem prafatus
Rndus Pater Thomas intimavent se gratis communitatis Nostre esse pa-
tratum ex literis pijus ref Patris Thom. ad Rndum Patrem Franciscum scriptis.
Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos requisivit vo-
ta Rndum Patrum utrum prafati libri et libri spectipiendi
sint nec ne? et utrum ipsemet R.P. Thomas deberet revocari
ad Monasterium Nostrum nec ne? Sententiatum est taliter.

Idem R.P. Samuel Zapartowic Suppior conformavit se Votis
Adm Rndum Patrum
Adm R.P. Maurus censuit quatenus res R. Patris Thome suscipiant
R.P. Gregorius censuit quatenus res ipsius suscipiant
R.P. Stephanus censuit quatenus litera R.P. Thome scripta ad
R Patrem Franciscum, conservantur penes Notarium Capituli et ipse
R.P. Thomas non revocet sine nutu Celsissimi Principis Primatis
Regni et abbatis Nostri, quinimo sententiavit Patrem Patrem Thomam
esse infamem ex rationibus allegatis hic non specificatis sed imposterum allegandis
R.P. Fulgentius censuit quatenus res prafati Rndi Patris Thome
suscipiant sed prafatus R. Thomas non revocet sine expres-
so Mandato Celsissimi Principis abbatis Nostri quandoquidem
defraudator fuit Communitatis hac ratione Unionis Mirciana ad
R.P. Faustus censuit quatenus R Pater Thomas revocetur.
R.P. Damascenus defendit R Pem Thomam. Jatenus se confor-
mavit Votis Rndum Patrum
R.P. Florentius cum pluralitate Votorum censuit
R.P. Franciscus censuit quatenus res prafati Rndi Patris
Thome suscipiantur.
R.P. Stanislaus censuit quatenus res prafati Rndi Patris
Thome suscipiant et circa ipsius revocationem expecte-
tur decisio Celsissimi Principis
R.P. Benignus idem censuit
R.P. Matthias simpliciter contrarius fuit pro revocatione
Rndi Patris Thome
R.P. Bernardus censuit quatenus decisio Celsissimi Prin-
cipis expecteß circa revocationem R Patris Thome. Resan-
tes ipsiusmet R Patris Thome suscipiantur
R.P. Eustachius contrarius fuit pro Revocatione prafa-
ti R. Patris Thome

Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos confirma-

vit

vit Vota Adm Rndorum Patrum et conclusit quatenus decisio Celsissimi Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri expectetur circa revocationem præfati Rndi Patris Thomæ, res autem præfati Rndi Patris Thomæ suscipiantur.

Sub eodem Actu Adm Rndus Pater Prior proposuit quod sit aliqua disceptatio inter Rndos Patres Stephanum nuper Electum Provisorem et Franciscum Antiquum Provisorem, quod nimirum A Pater Stephanus nolit suscipere Officium Provisoriale post resignationem Rndi Patris Francisci. Rndus Pater Stephanus respondit quod non recuso laborem sed quia ligna desunt tam pro Culina quam ad Braxatorium Necessaria. Conclusio suspensa est usque ad Adventum Perillustris et Rndmi Dni Commissarij et decisionem ipsius.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Domini 1713 Die vero 29 Mensis Julij, Congregatis ad Sonum Campanæ Admodum Rndis Patribus inferius specificatis, Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos proposuit qualiter hesterna die tempore Nocturni silentij Fratres Benedictus Gerardus et Mellitus tumultum fecerunt in Dormitorio et quod præcipuè Frater Benedictus incorrigibilis sit et nolit desvescere Cellas aliorum intrare Crematum bibere et alias multas dissensiones facere, Item qualiter prædicti Fratres protervi et inobedientes sint murmurantes et resistentes Superiori Suppriori et Rndo Patri Damasceno Substituto Magistro Novitiorum. Exposuit etiam Adm Rndus Pater Prior quod Cdictus Frater Benedictus necdum punitus sit pro nuper facto falso Juramento ut actus habet Capitularis vigesima septima Mensis Junij celebratus. His propositis idem Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos Tynecensis descendit ad judicium faciendum et ferendum Decretum contra prædictos Fratres, et sententiatum est taliter.

Adm Rndus P. Samuel Zapartowicz Supprior censuit quatenus Frater Benedictus pro hesterno ausu occludatur per Mensem, pro facto vero falso Juramento quatenus judicet juxta Decretum contra Cfatum Fratrem Benedictum latum.

R.P. Gregorius Decanus censuit quatenus Cdicti Fratres priventur muceto et Scapulari nec non ultimo loco collocentur. Insuper Frater Benedictus pro falso juramento privetur voce activa et

et passiva, et allegavit quod R.P. Eustachius etiam occasio horum dissensionum

R. P. Stephanus Decanus et Provisor censuit quatenus Frater Benedictus puniatur secundum Sententiam contra ipsum die 27 Mensis Junij datam. Insuper censuit quatenus Frater Benedictus ratione falsi Juramenti pro perpetuo infami declaretur et maceretur in formali carcere in pane et aqua usque ad Adventum Celsissimi Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri, donec de praefato Fratre Benedicto finaliter concludatur. Insuper censuit quatenus praedictus Frater Benedictus pro hesterno excessu accipiat disciplinam per duos, Fratres vero Gerardus et Mellitus puniantur ad Arbitrium Superioris

R. P. Fulgentius idem censuit

R. P. Faustus censuit quatenus quatenus Frater Benedictus ultimum locum capiat et disciplinam accipiat.

R.P. Damascenus petijt eliberari ab Officio Substituti Magisterij Novitiorum ex hac motivo quod non possit refrenare Fratres continuo rebelles et delinquentes. Post haec censuit quatenus Frater Benedictus maceretur in formali carcere et puniatur ad Arbitrium Superioris.

R.P. Florentius censuit quatenus Praedicti Fratres puniantur juxta sententiam Adm Rndi Patris Stephani.

R.P. Franciscus Fabricae Praefectus censuit praedicti Fratres serio puniantur propter talia scandala et ausus tam detestabiles propter continuas ebrietates et conventicula et concordat cum voto Rndi Patris Stephani

R.P. Stanislaus censuit quatenus Frater Benedictus quandoquidem sit incorrigibilis et praecipue ausus sit nuper falsè in Capitulo jurare, sedeat in formali carcere usque ad Adventum Celsissimi Principis donec de illo finaliter concludat. Pro hesterno verò Excessu accipiat disciplinam per duos. Similiter Fratres Gerardus et Mellitus pro sua protervitate et fractione Silentij faciant disciplinam in Refectorio.

P. Benignus sententiam dedit ad Arbitrium Superioris.

R.P. Matthias censuit quatenus praedicti Fratres puniantur

juxta

juxta sententiam Andi Patris Stephani.

R.P. Bernardus allegavit quod hodie Frater Benedictus quando vocatus fuit ad Capitulum dixerit malo aliquem occidere quam ad Capitulum ire, et censuit quatenus frater Benedictus puniatur juxta sententiam Andi Patris Stephani.

R.P. Eustachius sollemnissimè protestatus est contra Patrem Gregorium de calumnijs sibi ab eodem Ando Patre Gregorio illatis tempore suo fusius proponendis nec non obligavit se aliàs plura contra Andum Patrem Gregorium proposituum. Item protestatus est contra Andum Patrem Damascenum reservando sibi ipso tempore opportuniori capitulariter agendi. Quantum vero attinet ad praedictos Fratres censuit quatenus puniantur ad Arbitrium Superioris.

Admodum Reverendus Pater Joachim Kozynski Prior & Custos, auditis sententijs Admodum Andum Patrum confirmavit sententiam Adm Andi Patris Stephani et tulit talo Decretum quatenus videlicet Frater Benedictus quoniam incorrigibilis est privetur voce activa et passiva per triennium, item sine mucato et Colari collocetur inter Laicos, suspendatur ab officio Diaconatus et disciplinam per duos accipiat.

Quantum verò attinet ad nuperum excessum die vigesima septima Mensis Junij ratione facti falsi juramenti decrevit quatenus praedictus Frater Benedictus in formali carcere macieretur usque ad adventum Celsissimi Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri Domini de praefato Fratre Benedicto finaliter concludatur. Fratres verò Gerardus et Nollitus quandoquidem Sanum Silentium tempore Nocturno non observaverint et saepè contentiosi inobedientes et ebrij inveniantur, faciant disciplinam in Refectorio, post quam quidem factam disciplinam sedebunt in terra et jejunabunt in pane et aqua. Omnis-

per Admodum Rndus Pater Prior decrevit, quatenus Frater Benedictus quando sedebit in carcere, singulis ferijs Quarta et Sexta pro Disciplina tempore prandij ad Refectorium veniat.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 Die vero 31 Mensis Julij Congregatis Ad sonum campanae Adm Rndis Patribus in ferijs Specificatis productae sunt literae Illustrissimi et Rndmi Dni Constantini Casimiri Brzostowski Episcopi Wilnensis de data 30 Mensis Maij in quibus expositum fuit quod Rndmus Dnus Carolomanus Mislinski abbas Trocensis infirma valetudine consistens, in animo habeat resignare abbatiam Trocensem ac de successore viro idoneo et bene merito cogitet. Igitur instantiales suas interposuit praenominatus Illrmus et Rndmus Dnus Episcopus pro persona Adm Rndi Patris Nostri Theodori Zielonacki Professi Tynecensis et Praepositi Koscielnensis et petijt quatenus Venerabile Capitulum Tynecense ex votis omnium Adm Rndorum Patrum dandorum, praefatum Rndum Patrem Theodorum praeficiat in Abbatem Trocensem. His perlectis literis sententiatum est taliter.

Adm Rndus Pater Samuel Zapartowicz Supprior indagandum esse censuit utrum non sint fictae literae, scribendumque ee ad Celsm Principem Primatem Regni et Abbatem Nrum et insinuandum de hujusmodi literis, item interrogandum ee Adm Rndm Patrem Romanum in Lithuania penes Moniales Ord Sti Bendi Vilnae pro Poenitentiario morantem utrum constet de resignatione Rndmi Dni Carolomani abbatis Trocensis.

Adm Rndus Pater Maurus Rubinkowski Praeptus Infirmorum allegavit sic: Cum non habeamus notitiam nec literalem nec verbalem à Rndmo Dno Carolomano abbate Trocense ideoque non possumus cathegorice respondere ad literas praenominati Illrmi et Rndmi Dni Episcopi Wilnensis: quare pro meliori informatione Oblis Capituli Nostri transmittendae necessario sunt literae istae ad Illrm et Rndm Dnum Commissarium Nrum et ad Celsm Principem Primatem et Abbatem Nostrum, et expectanda declaratio à Rndmo Dno Carolomano utrum voluntas ipsius sit nec ne resignandi praefatam abbatiam Trocensem.

R.P.

R.P. Gregorius Decanus censuit indagandum esse de Veritate istarum literarum.
R.P. Stephanus Decanus et Provisor suspectas esse literas asseruit quare deferendas esse censuit Celsmo Principi Illmo et Rndmo Dno Primati Regni et Abbati Nostro nec non inquirendum apud Rndm Patrem Romanum in Lythvania apud Moniales Ordtis Rendi Poenitentiarium utrum verum sit quod Rndus Dnus Carolomanus velit resignare Abbatiam Trocensem.

R.P. Fulgentius idem censuit
R.P. Damascenus allegavit Rndum Patrem Theodorum esse nullius frugi, imo dilapidatorem substantiae Monasticae, et censuit indagandum esse utrum vera sit ista instantia nec ne?
R.P. Florentius censuit indagandum esse si non sint fictae literae.
R.P. Franciscus inquirendum esse apud R.Patrem Romanum utrum verum sit quod Rndus Dnus Carolomanus velit resignare Abbatiam Trocensem
R.P. Stanislaus idem
P. Benignus idem
R.P. Matthias idem
R.P. Eustachius censuit rescribendum esse politice ad Illmum et Rndm Dnum Eppum Wilnensem et inquirendum esse apud Rndm Patrem Romanum an verum sit quod Illmus et Rndus Episcopus Vilnensis instantiam suam interponat et promoveat Rndm Patrem Theodorum Zielonacki pro Abbate Trocensi.

Admodum Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos Tynecensis auditis sententijs Adm Rndorum Patrum conclusit quatenus politice scribatur ad Illmum et Rndm Dnum Episcopum Vilnensem: Interea tamen indagandum esse de veritate istarum literarum quandoquidem non constet Vbi Capitulo Nostro de resignatione Rndmi Dni Carolomani Abbatis Trocensis qui in Loco Professionis in Monasterio scilicet Nostro Tynecensi tenetur resignare praefatam Abbatiam Trocensem. Item censuit transmittendas esse literas praefati Illmi et Rndmi Dni Episcopi Vilnensis

ad Celsissimum Principem Primatem Regni et Abbatem Nostrum ne non ad Illm et Rdm Dnum Commissarium, et intulit quod Venerabilis Communitas ad Subjectas Monasterio Prælaturas benè meritam Personam non ex recommendatione et Protectione Sæcularium sed ex meritis et laboribus Monasticis dignam eligere soleat.

Sub eodem Actu Adm Rndus Pater Prior inhibuit sub Excommunicationis poena ne aliquis Nostrum audeat Secreta Capituli revelare et literas quascunque sine expresso licentia Superioris ad aliquem scribere aut aliquas correspondentias facere.

Sub eodem Actu conclusum prout sæpissimè superius conclusum quatenus Dnus Swiderski ex Bonis Nostris recedat et amplius nullomodo administret.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Domini 1713 Die vero Quarta Mensis Augusti Congregatis ad sonum Campanæ Adm Rndis Patribus inferius Specificatis Adm Rndus Pater Joachim Kowski Prior & Custos Tynecensis proposuit quod immineat tempus Professionis faciendæ Fratri Nicolao Zolniowski Novitio et quæsivit utrum præfatus Frater aptus obediens et devotus sit et utrum ad Sacram Professionem suscipiendus nec ne? Item Factum est Scrutinium secundum de Fratre Ambrosio Novitio qualiter se gerat in Novitiatu et utrum pro ulteriori probatione sustinendus nec ne? Item factum est Scrutinium primum De Fratribus Novitijs Gabriele Sacerdote, et Adalberto utrum pro Ulteriori probatione sustinendi nec ne? Sententiatum est taliter

RP. Samuel Suprior censuit quatenus F. Nicolaus suscipiat ad Sacram Professionem idque ob defectum Subjectorum ad Loca Particularia. Ratione Fratris Gabrielis censuit eum esse dimittendum dum vix legere sciat. Ratione Fratrum Ambrosij et Adalberti censuit eos pro ulteriori probatione Sustinendos.

RP. Maurus Decanus et Præpositus Infirmorum censuit omnes quatuor Præditos Fratres esse suscipiendos.

RP. Gregorius censuit Frem Nicolaum suscipiendum esse ad Sacram Professionem nec non Fratres Ambrosium et Adalbertum ad Ulteriorem probationem. Frem Verò Gabrielem Sacerdotem dimittendum idque ob defectum literatu=

turæ

R.P. Stephanus censuit quatenus omnes quatuor Fratres Novitij literas legitimi ortus nec non testimoniales suæ Conversationis producant. Quo ad Fratrem Nicolaum censuit eum esse suscipiendum ad Sacram professionem interim autem pro perpetuo chorista. Ratione Fris Gabrielis censuit eum esse dimittendum idq; ob defectum literaturæ. Ratione Fratris Ambrosij censuit eum quidem non esse admittendum ad ulteriorem probationem, præsertim cum sit natione Germanus interim præfatus R.P. Stephanus allegavit quatenus F. Ambrosius quodsi professionem fecerit, tantum septem annis in Monasterio habitet et postea ad Loca particularia applicetur et non fuit præfato Fratri Ambrosio contrarius. Ratione Fratris Adalberti censuit eum esse pro Ulteriori probatione sustinendum.

R.P. Fulgentius censuit quatenus Fr Nicolaus suscipiat ad S. Professionem Fr Vero Gabriel dimittatur ob defectum literaturæ Fratres vero Ambrosius et Adalbertus suscipiant pro ulteriore probatione. allegavit etiam R.P. Fulgentius quod Germani sunt minus utiles.

R.P. Franciscus censuit Frem Nicolaum esse suscipiendum ad Sacram Professionem nec non Fratres Gabrielem Ambrosium et Adalbertum pro ulteriore probatione sustinendos.

R. P. Damascenus idem censuit

R.P. Florentius idem censuit

R.P. Stanislaus idem censuit, ratione tamen Fratris Gabrielis esse considerandum allegavit idq; ob defectum literaturæ ipsius.

D. Benignus idem censuit

R.P. Matthias censuit Fratrem nicolaum esse suscipiendum ad Sacram Professionem nec non Fratres Gabrielem et Adalbertum pro ulteriori probatione sustinendos. Fratrem autem Ambrosium censuit esse dimittendum cum sit Germanus.

R.P. Bernardus ad arbitrium superioris.
R.P. Eustachius censuit omnes quatuor esse suscipiendos.
F. Gerardus idem censuit
F. Ægidius idem censuit
F. Oddo idem censuit
F. Augustinus idem censuit
F. Mellitus idem censuit
F. Georgius idem censuit
F. Joannes idem censuit
F. Casimirus idem censuit
F. Placidus idem censuit
F. Laurentius idem censuit
F. Cyprianus censuit Fratrem Nicolaum et Ambrosium esse dimittendos cum sint Germani Fratres vero Gabrielem et Adalbertum pro ulteriori probatione sustinendos
F. Paschalis idem censuit.
Adm Rndus P. Joachim Korynski Prior et Custos auditis sententijs Adm Rndorum Patrum conclusit quatenus Frater Nicolaus suscipiatur ad S. Professionem sed pro perpetuo Choristo nisi forte studijs applicetur et Notabilem Profectum in studijs fecerit. Ratione Fratris Gabrielis Sacerdotis conclusit quatenus pro ulteriori probatione sustineatur cum hoc Scrutinium de Cfato Fre Gabriele non sit ultimum. Ratione Fratrum Ambrosij et Adalberti conclusit sustinendos esse pro ulteriori probatione et quatenus melius probentur in Spiritu. Insuper idem prædictus Adm Rndus P. Prior conclusit quatenus prædicti Fratres testimoniales literas tam legitimi Ortus quam etiam suæ conversationis producant.

Sub eodem actu perlectæ sunt literæ S. Dnæ Haynikowa in quibus expositum fuit quod necessaria esset revisio in Oppido Nostro Opatowiec præsertim propter factam ruinam in campis ob præsentem inundationem aquarum et grandinum impetitiones. Conclusum mittendos esse Rndos Patres pro hujusmodi revisione.

Sub.

Sub eodem actu propositum est quod D. Florianus Bidlowski Organarius supplicet Venerabili Capitulo Nostro quatenus posset applicari Obsequio Monasterij Nostri et Organa in Ecclesia Nostra tangere. Conclusum affirmative cum hac tamen conditione quatenus praefatus D. Florianus pueros duos ex Subditis Nostris instruat in Organo. De Solario autem ejus quotannis solvendo opportuniori tempore in Conclavi concludendum esse similiter conclusum.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 Die vero Septima Mensis Augusti, Congregatis Adm Rndis Patribus ad Conclave Perillustris et Rndmi Dni Dni Martini Ciechanowic Canonici Vladislaviensis Monasterij Nostri Tynecensis Commissarij, idem Perillustris et Rndmus Dnus Commissarius proposuit quod juxta Innotescentiales Celsissimi Principis Illmi et Rndmi Dni Dni Stanislai in Stupowszembek Dei & Aptae Sedis gratia Archi Episcopi Gnesnensis Legati Nati Regni Poloniae et M. Ducatus Lithvaniae Primatis Primique Principis Abbatis Nostri Tynecensis, pro continuatione Generalis Capituli ratione Electionis Praepositorum Locorum Particularium cras descendere velit ad Electionem Praepositorum Locorum Particularium. Conclusum quatenus pro hujusmodi Electione, Sacra Apta Notarius Publicus Excellmus et Carissimus Dnus Antonius Prosperus adhibeatur.

Sub eodem Actu Adm Rndus Pater Stephanus Bylina Provisor Monasterij Nostri Tynecensis, sua postulata sequentia Venerabili Capitulo exposuit, de tenore tali:

Postulata A. R. Patris Stephani pro tunc Provisoris Mensae RR. Patrum et Fratrum Ordinis S. Benedicti Monasterij Tynecensis.

1. Supplicat quatenus inquiraf utrum Villa Promnik spectet ad Provisoriatum, et ob quam Causam et à quo tempore praefata Villa avulsa sit à Provisoriatu,

et supplicat quatenus in instanti fiat ibidem in Promnik Revisio. Ad hoc punctum Conclusum quatenus in Villa Promnik Frater aliquis è Gremio Nostri resideat qui quovis die dominico et festo tenebit in Monasterio Tynecensi adesse cum Patre Familias et Vilico pro reddendo calculo Septimanario, Adm. Rndo Patri Provisori cum cujus dependentia ibidem in Promnik residebit. Item conclusum quatenus ibidem in Villa Promnik fiat revisio.

2 Supplicat R.P. Stephanus quatenus R.P. Franciscus anteactus Provisor restantem ex Calculatione Summam in continenti reponat pro Necessitatibus Monasterij, Scilicet pro lignis ad Braxatorium, Culinam et Pistorium. Ad hoc punctum conclusum quatenus R.P. Franciscus teneat ad reddendam praefatam Summam, quamquidem Summam ipsemet R.P. Franciscus appromisit se facta calculatione redditurum.

3 Quatenus Consolatio alias Decima Provisorialis secundum antiquam Praxim cedat Rndo Patri Provisori pro laboribus, et inquiratur quare sit adempta eidem Rndo Patri Provisori, quoniam praefata Decima restituta est Adm. Rndo Patri Priori et Cantoribus. Ad hoc punctum Conclusum est quatenus non tantum R.P. Provisor sed etiam Adm. R.P. Prior et Cantores suas Decimas participent.

4 Quatenus ex Villa Crulow ducenti Messores secundum antiquam Praxim in Adjutorium pro Messe Rndo Patri Provisori extradantur. Ad hoc punctum Conclusum quatenus maneat in Arbitrio Superioris.

5 Supplicat quatenus Rusticis Subditis Nostris per praesentem inundationem aquarum et grandinum impetitiones ruinatis succursus detur. Item supplicat

quatenus

quatenus ante tempus provideant conseminationes pro hy=
eme, quandoquidem ex moderna crescentia non possit
esse prefata conseminatio. Ad hoc punctum conclusum
quatenus facta revisione succurratur.

Ingrossatio Literarum Rndi Patris Thomae Gorski Pro-
fessi Tynecensis, ad Sanctam Crucem in Calvo Monte residentis, ad
Rndum Patrem Franciscum Zaleski Professum Tynecensis Mo-
nasterij ejusdemque Provisorem, ex Mandato A.R. Patris Prioris et Se-
nyorum Patrum Actis Capitularibus demandata.

Religiosissimo & Adm Rndo Dno Dno Francisco Zaleski Os Bendti
Monasterij Tynecens Provisori Dno & Patrono Observandmo.

Adm Rnde in Chro Pater Dne ac Patrone Observandme.

Że tam JX Lector P.K. in Viciniam Klasztoru Naszego w Kra-
kowski Kraj wyiezdza, consequenter podobno powita Sie cum ami-
co pectore Adm R. P. Vestre, non intermitto occasionem w odda-
niu Vnizonosci moiey WM Dobrodzieiowi Patrono meo Colen-
dissimo, ktoremu omnia Faustissima à Rege Caelesti oraz cum
Relsmo Tynecensi Alumnatu, ktory provida manus WMM Pana
przez tak wiele lat incessanter nutrit ad sufficientiam, precor.
Za tą Opatrznoscą maiąc firmissimum Suppositum że nie scho-
dzi na Konwencie na Chlebie postaralem Sie o cudzoziemskie noze
na Cały Refektarz, ktorych posilym par 36 Serwety odlozy=
lem Sprawie oraz ze Sklenicami secundum consvetudinem
externam, tandem po przyiazdu mego do WMM PP. Dwie
prassij do pieczętowania pro commodo Cancellariae cum sigillis Nu-
dis ktore roskazcie WMM PP. pro beneplacito suo wyszty=
chowac, applico Communitati. Xięgi Bibliothecae consigno
prosząc o laskę aby mi ich wolno było vziwac man=
suro intra Septa Tynecia Domino Volente. y Sprawę takze
Parochiae Tynecens pro conservatione & informatione Posteritati
bozmy iesce nie przepłynęli mare Controversiarum. Reli-
qua pro Monasterio comparata zachowuię przy Sobie do
Czasu powitania Sie ktorego avidissime praestulor. Interea

per hanc Vicariam literam amplector paternum Pectus [illegible]
Dobrodzieia Zostaie Dom Anda Dnáj Orde Dumitrzyckiego
Thomas Zorski, ad S. Crucem alvi Montáj S. 13 Julij 1713
P. S. Tak Dnx Plalatowi Ktory Kolwiek tam na teraznieyszy
(uti audio) Capitule supereminuit iako in suym Dño R.P.P.
Officialibg nisko klaniam. Regestrum rectum R.P. Thomæ Zorski
ad Conventum Typcen. directanum.

Libri pro Bibliotheca
Polyantea Tomi 2
Theologia Salisburgen. P. Mezger tom. 2.
Bullarium Caspinchyt tom. . . . . 2.
Theologia de Rhodes.
Philosophia ejusdem
Liber Italicus.

Actum in Monasterio Typcen. Anno Dni 1713 Die vero 8 Mensis
Augusti Sub presidentia Perillustris et Rndi Domini Dni Mar-
tini Szczakowski Canonici Plocensis Monasterij Typcen. Com-
missarij Congregatij ad sonum Campanæ domum Radis Patribg
Joachim Korzyński Priore et Custode Typcen. Samuele Zapar-
towic Suppriore Mauro Rubinkowski Decano et Præposito Capitu-
num Gregorio Jaskiewic Decano, Stephano Bonifacy Pod-
gertio Krzywski, Damasceno Jarocki, Fausto Matalski Cantore
Florentio Tymowski Francisco Jaleski Præfecto fabricæ Stani-
slao Wolszczynski Josepho Pacynski Parocho Typcen. Benigno
Buchowski Vicario Curato Matthia Siewierski Bernardo Klinski Custodio
Cierpicki Præsentatis nec non Religiosis Fratribus Gerardo Mol-
Awski Diacono Egidio Mostowski Subdiacono Oldac Kyp-
czynski Subdiacono adhibito etiam Sacra Authoritate Apostoli-
ca Notario Publico Exmus ac Consultissimo Dño Antonio Za-
speny Jn dormiño ex limitatione Generalis Capti repertu Sta-
tionis Propositorum Locorum Particularium prefatus Perillu-
stris et Rndmus Dnus a sua supra prænominata celebrande Po-
testatis Præsidens et Commissarius descendit ad hujusmodi Electiones

† a Celsmo Principe Illmo & Rndmo Dño Dño Stanislao in Rupnow Szembek Dei
& Apostolicæ Sedis gratia Archiepo Smesnensi Legato Nato Regni Poloniæ &c. Dd. Lat.
Primate Primoq; Principe abbate Typcen. deputati Præsidentis &c. †

Vin primis ad Electionem Præpositi Koscielnensis distributisq; et eve-
nientibus ex prima distributione in Personam R.P. Stanislai Wol-
sztynski calculis Septem, in personam R. Patris Gregorij duobus, in Personam R. Patris
Romani uno, in personam R. Patris Theodori uno, in Personam
R. Patris Stephani duobus in Personam R. Patris Fulgentij quin-
que in personam R. Patris Damasceni uno ~~calculis~~ denuò ad
secundam distributionem processum est, quatenus canonica fiat
Electio ex pluralite Votorum, et evenientibus in Personam
Rndi Patris Stephani uno in personam R. Patris Caroli Uno
in personam R. Patris Fulgentij sex, in personam R. Patris Stani-
slai undecim, Adm Rndi Patres Maurus Rubinkowski Decanus
et Præptus Infirmorum et R. Pater Damascenus Jaronski oppo-
suerunt quod R.P. Stanislaus inhabilis sit ad hujusmodi Præ-
posituram quod in primis non constet Vbi Capto de præfati Pa-
tris Stanislai literis legitimi Ortus, deinde quod sit incapax
ad Curam animarum nec non ex alijs motivis tempore suo pro-
ponendis, quo audito Perillrs et Rndmus Dnus Commissarius
suspendit ipsius publicationem usq; ad declarationem Celsissimi
Principis Primatis Regni et Abbatis Nostri. Rndus autem
P. Stanislaus obligavit se producturum hujusmodi testimonia-
les literas nec non petijt quatenus prædicti Rndi Patres te-
neantur ad probandum quod præfato R. Patri Stanislao obje-
cerunt. Post hæc prænominatus Perillustris et Rndmus
Dnus Commissarius descendit ad Electionem Præpositi Tuchoviensis
et distributis evenientibusq; in Personam Adm Rndi Patris Joachim
Korynski Prioris et Custodis Tynecensis calculis quatuordecim habentibus
etiam pro hujusmodi Præpositura Adm Rndis Patribus Fulgen-
tio Romano Carolo Justo et Josepho per unum suffragium
Adm R.P. Gregorius se se opposuit quod R.P. Prior non deberet
fungi duobus Officijs Prælaturis, quo audito R.P. Prior se re-
solvit ad declarationem Celsissimi Principis quadquidem Perillu-
stris et Rndmus Dnus Commissarius et Vnble Capitulum acceptavit.
Ad extremum prænominatus Perillustris et Rndmus Dnus Commissarius

descendat ad Electionem Prepositi Unicoviensis et distributis eve-
nientibusq; in Personam Rdi Patris Fulgentii tredecim
habentibus etiam pro hujusmodi Prepositura Rdis Patribus Ste-
phano Gregorio Mauro Carolo et Alano Gniatkowski apte ante
Preposito Unicoviensi per duos Suffragia, profatus Rdus
Pater Fulgentius Krigowski pro rite et legitime electo Prepositi
to Unicoviensi agnitus et publicatus est.

Actum in Monasterio Tyreciensi Anno Dni 1713 Die vero
16 Mensis Augusti Congregatis ad Sonum Campanae Rdis Rdis
Patribus propositum est qualiter Rdus Dns Parochus in Gorka
Decimam Manipularem in Campo Nostro Wegrzynowiensi colli-
re et repetere velit. Conclusum agendum esse cum profa-
to Rdo Dno Parocho et ei dandam esse citationem ratione
injuste vexae. Pro hujusmodi vero causae informatione requi-
rendum esse Excellm et Consultissimum Dnum Prosperi
Notarium Apostolicum et Causarum Nostrarum Patronum et
Advocatum. Pro Executore hujus Conclusionis Capitula-
ris assignatus est Rdus Rdus Pater Gregorius Zaykie-
wicz Decanus.

Sub eodem actu conclusum qualiter Rdus P. Fulgen-
tius electus Prepositus Unicoviensis cum Fratribus Feliciano
et Modesto discedant in Submontana et recipiant vitam Ope-
cryskie à Loco Dno Swidenski antiquo Administratore.

Actum in Monasterio Tyreciensi Anno Dni 1713 Die vero
17 Mensis Augusti Congregatis Rdis Rdis Patribus immedia-
te ante Prandium in Refectorio, Rdus Rdus Pater Joachim Ko-
zynski Prior et Custos proposuit et conquerebat quod R.P. Gre-
gorius Zaykiewicz juxta hesternam Conclusionem debuisset
discedere ad Rdum Rdum Dnum Parochum in Gorka in Causa
Decimarum Wegrzynowiensium, interim ejus sit. Exposuit
etiam idem Rdus Rdus Pater Prior quod profatus R.P. Gregorius
Chori Nocturnum Officium pregerit, et inquietaverit Rdos Patres
quo audito Rdi Patres intulerunt et accusarunt Rdum
Patrem Gregorium quod ille immemor suae professae Status
non devocaret à sua antigua obstinatae et calumnia
in Rdos Rdos Patres et quod praesertim contra Reflm Pa-
trem abbatem Nostrum et Perillm et Rdm Dnum Commis-
sa

sarium scommaticè efutire ausus sit. Conclusum quatenus R.P. Gregorius Sequestratus sedeat in Poenitentia, donec aliter de ipso decidatur. In Ejusmodi vero Causa ad Adm Rndum Dnum Parochum in Gorka assignati sunt Rndi Patres Damascenus Jaronski et Stanislaus Wolsztynski.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 Die verò 21 Mensis Augusti. Congregatis ad sonum Campanae Adm Rndis Patribus inferius specificatis Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos proposuit quod R.P. Faustus licet missus fuerat in Causa Decimarum Węgrzynoviensium ad Adm Rndum Dnum Parochum in Gorka ad impediendum ne praefatus R. Dnus Parochus Decimam Manipularem ex Campo Nostro Węgrzynowicensi repeteret et colligeret tamen eidem Rndo Dno Parocho nullo jure eandem praetendenti inscia Communitate Nostra praefatam Decimam Manipularem secretò concesserit. Et quoniam nuper Conventus noster non habita Notitia praefati Rndi Patris Fausti subdola concessione protestatus est contra Rndum Dnum Parochum in Gorka de violentia et de spolio facto in Campo Nostro Węgrzynoviensi interim autem praefatus Rndus D. Parochus monstraverit literas Rndi Patris Fausti qualiter ipse R.P. Faustus praefato Rndo Dno Parocho concesserit colligere Decimam Manipularem, igitur Adm Rndus Pater Prior considerans rem tanti momenti ne forte praefatus Rndus Dnus Parochus in possessionem hujusmodi Decimae Manipularis veniat consilium requisivit et quid cum P. Patre Fausto agendum. Sententiatum taliter.

Adm R.P. Samuel Supprior censuit quatenus R.P. Faustus conveniat cum praefato R. Dno Parocho et recuperet collectam Decimam Manipularem et postea pro isto ausu judicetur.

R.P. Stephanus Provisor censuit quatenus R.P. Faustus repetat collectam Decimam manipularem

R.P. Damascenus judicandum esse R.Prem Faustum pro tam gravi ausu censuit

R.P. Florentius censuit quatenus P. Faustus quaerat media recuperandi praefatam Decimam manipularem

R. P. Franciscus censuit quatenus R.P. Faustus repetat collectos manipulos et media se excusandi quaerat.

P. Benignus idem

RP. Matthias idem
RP. Bernardus ad arbitrium superioris
RP. Eustachius ad Arbitrium superioris

Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos auditis sententijs adm Rndorum Patrum intulit quod erit magna difficultas cum praefato Rndo Dno Parocho, et quia RP. Faustus ausus est permittere et concedere quatenus praefatus RDnus Parochus colligeret sibi manipulos in Campo Nostro Wzgrzynowicensi apparet quod RP. Faustus habeat aliquod dictamen cum praefato RDno Parocho. Et distulit judicium Adm RP. Prior donec RP. Faustus repetat collectos manipulos. Conclusum itaque quatenus RP. Faustus proprio sumptu agat cum Rndo Dno Parocho in Gorka circa recuperationem praefatorum collectorum manipulorum, judicium vero suspendatur. RP. Faustus vero culpam dixit.

Sub eodem actu conclusum quatenus RP. Faustus reponat ad thesaurum collectam pecuniam Decimalem ex Canonibus.

Sub eodem actu Conclusum quatenus pro Necessitate Conventus Nostri Vinum ematur, ac pro hujusmodi emptione Vini pecunia ex thesauro accipiatur.

Sub eodem actu Instantia facta est pro Fratre Benedicto incarcerato. Conclusum posse dispensari cum ipso praevia conferentia cum Perillustri et Reverendissimo Dno Commissario.

Sub eodem Actu propositum est ratione R. Patris Gregorij qd non desvescat a suo liberiori haustu et ebrietate, interim Adm Rndus P. Prior misit pro praefato RPatre Gregorio sed RR Patres qui pro ipso missi fuerant dixerunt quod RP. Gregorius jaceat et non sit sobrius.

Sub eodem Actu Conclusum et petitum fuit quatenus RP. Prior cum tempus videret opportunum discedat in Submontana ad recipiendam Villam Opaczyka à D. Swiderski.

Sub eodem Actu Adm Rndus P. Prior proposuit quod licet fundata sit Villa Szydzyna pro Necessitate Sacristiae tamen Vinum ex Cellario Nostro gratis accipiatur et interrogavit quo ausu RP. Sacristianus pro Vino non solverit, interim illatum est quod RP. Stanislaus sit in Causa qui se interessavit ad substantiam Monasticam ac interim ita jusserit. Conclusum quatenus amplius sine pecunia non audeat dare Vinum pro Sacristia P. Cellerarius Vini, quo Vini

quò verò ad R. Patrem Stanislaum quatenus ex facto calculo discerna-
tur quare ex Villa Sydryna pro emptione vini ad Sacristiam nihil
exponat et ubi Proventus hujusmodi Villæ remanserit.

Sub eodem Actu productæ et perlectæ sunt literæ Reverendissi-
mi Domini Carolomani Abbatis Trocensis de data 30 Julij anni
præsentis ad Adm Rndum Patrem Priorem scriptæ qualiter igno-
tus maneat de persona Rndi Patris Prioris ac electione ipsius
et quod habeat malos Fratres residentes in Trocensi Monasterio, præsex
tim multa ibi in literis illis pro parte Unionis Mirecianæ scriptæ
fuerunt. Quibus perlectis Adm Rndus P. Prior consilium requisi-
vit qualiter ipsi rescribendum?

Adm Rndus P. Samuel Supprior censuit rescribendum ipsi esse
politicè, ac interrogandum utrum velit resignare suam Abbatiam
quandoquidem Nuper literas habuerimus ab Illustrissimo et Rndmo
Dno Episcopo Vilnensi quod præfatus Rndus Trocensis resignare
velit ac in Locum ipsius recommendavit nobis Adm Rndum
Patrem Theodorum Zielonacki.

R.P. Stephanus censuit idem et addidit quatenus istæ literæ
conserventur penes Notarium Capituli et actis ingrossentur
postea præsententur Celsissimo Principi Primati Regni et
Abbati Nostro

R.P. Damascenus idem

R.P. Florentius idem

R.P. Franciscus intulit quod Rndmus Dnus Carolomanus
ideo cordolium habeat quod malè tractatus sit à Rndo Pa-
tre Guilhelmo Visitatore in Troki et quod præterito anno
in Monasterio Nostro Tynecensi præsens aversum animum No-
strum viderit et despotice expulsus fuerit, licet venerat
tot literis R. Patris Stanislai protum Prioris vocatus, imo li-
cet ideo venerat quatenus ageret coram Celsissimo Principe
Primate Regni et Abbate Nostro cum Rndo Patre Guilhelmo
ratione sibi ibidem in Troki à præfato R. Patre Guilhelmo
illatæ injuriæ. Et censuit rescribendum esse ad Arbitrium Su-
perioris

P. Benignus ad Arbitrium Superioris

R.P. Matthias idem

R.P. Bernardus idem

R.P. Eustachius intulit quod R.P. Stanislaus sit

Author omnium dissensionum ratione correspondentiae cum Rndmo Dno Carolomano, Theodore Zielonacki et RPatre Thoma Gorski ad Sanctam Crucem apud Rndm Dnum Mirecki residente praesertim quod vident idem P. Eustachius literas scriptas à RP. Theodoro in simili sensu: Venient Romani et tollent imperium Nostrum etc., et censuit rescribendum esse ad Arbitrium Superioris.

Adm Rndus Pater Joachim Korynski Prior et Custos auditis sententijs Adm Rndorum Patrum censuit praefatas literas Rndmi Dni Carolomani ingrossandas esse Actis Capitularibus ac postea praesentandas Celsissimo Principi et interrogandum qui nam sint isti falsae Praephetae de quibus in literis mentionem fecit, Et Conclusum est quatenus ad quaevis puncta crudè expressa rescribatur, et mandet praefato Rndmo Carolomano Abbati Trocensi quatenus desistat à promotione Unionis Mirecianae quam Monasterium Nostrum sine illa Unione à tot saeculis laudabiliter steterit et stare poterit. Item conclusum interrogandum esse utrum praefatus Rndmus Carolomanus in animo habeat resignare suam Abbatiam quandoquidem Nuper nobis de tali voluntate resignationis scripserit Illustrissimus et Rndmus Dnus Episcopus Vilnensis ac Nobis Adm Rndum Patrem Theodorum Zielonacki eligendum in Abbatem Trocensem recommendaverit.

Sub eodem Actu Adm Rndus P. Prior recommendavit Nobis mutuam charitatem, concordiam et pacem.

Actum in Monasterio Tynecensi Anno Dni 1713 Die vero Nona Mensis Augusti in Conclavi apud Perillustrem et Rndm Dnum Martinum Ciechanowic Jurisutriusque Doctorem Canonicum Vladislaviensem, Commissarium Nostrum Congregatis Adm Rndis Patribus Adm Rndus P. Maurus Rubinkowski misit quandam chartam seu regestrum in quo specificatas res post suum Prioratum relictas repetijt à Rndo Patre Stanislao Ex priore scilicet horologium, Equos et Currus, Portugales aureos sex, duodecim imperiales à Rndo Patre Fulgentio acceptas et alia plura. Quo au-

Odito

dito RP. Stanislaus respondit quod hoc Horologium fuerit Rndi Patris Stephani ac ipsi Rndo Patri Stephano reddiderit similiter respondit quod duodecim imperiales reddiderit Rndo Patri Fulgentio. Quantum vero ad aureos decem interrogavit quales nam sint isti aurei intera in charta scriptum esse perlectum est quod illos aureos pro Sacra Communione à Rndo Patre Mauro RP. Stanislaus acceperit quasi P. Stanislaus noluisset Rndo Patri Mauro dare Communionem nisi P. Maurus ipsi deces aureos daret, quod audiens RP. Stanislaus meras esse contumelias asseruit siquidem illos ipsos aureos P. Maurus pro corruptione à Magnifico Dno Brzechwa Capitaneo dum pro Arenda Villae Szydzyna concurreret acceperit ac jussus illos aureos dare sit ex Decreto Capitulari, imo, retulit quod adhuc centum tinfones reddere RP. Maurus tenet quos etiam pro corruptione à Magnifico Dno Brzechwa accepit. Quantum verò ad sex Portugales aureos RP. Stanislaus respondit quod illos reddiderit ad Thesaurum Monasticum, quod etiam Rndi Patres Thesaurarij Gregorius et Fulgentius agnoverunt. Interim RP. Stanislaus conquestus è contra Rndum Patrem Maurum quod ipsum RPr Maurus ex mera malitia vexet et petijt quatenus Rndi Patres velint informare Perillustrem et Rndm Dnum Commissarium.

Responsum taliter

Rdm RP. Joachim Korynski Prior et Custos respondit se de his nihil scire

RP. Samuel Supprior idem respondit.

RP. Gregorius respondit quod P. Maurus hoc fecerit ex malitia et invidia vindicando suum amissum Prioratum, et allegavit quia P. Maurus tenetur ad restituendas corruptione quas ab Arendatoribus accepit quia Bona munda in arendam vertit, et modo nescit ubi Proventus manserint. Imo petijt quatenus P. Maurus judicet pro suo non dato calculo ex Prioratu, et ex Thesauro Monastico antequam fuerat Prior; imo quod ausus sit illudere Rndos Patres Calculatore prout Decretum contra ipsum latum quando inhonestis verbis respondit Regestris Communitatis Locum inhonestum extersisse: et alia multa allegavit RP. Gregorius contra R. Prem Maurum

R. P. Stephanus idem dixit contra R. Prem Maurum: insuper allegavit quod P. Maurus violenter ipsi hoc horologium argenteum acceperit. Et petijt quatenus D. Gniatkowski ex Bonis

Zorzow et Bukow recedat nec non frumenta ibidem post Dnum Rospyni relicta et accepta nobis restituat, Insuper petijt quatenus P. Maurus uti homo turbator Religiosae pacis judicet.

R. P. Fulgentius idem dixit contra RP. Maurum quod Rndi Patres Gregorius et Stephanus allegarunt. Insuper dixit quod P. Maurus continuo ipsum vexavent, ideo P. Fulgentius debuit praefato R. Patri Mauro istos duodecim imperiales cum pretioso sacco ex serico dare quos modo injuste repetit à RP. Stanislao Siquidem P. Maurus jussus fuerat illos restituere Patri Fulgentio per manus R. Patris Stanislai. Et dixit P. Fulgentius quod semper RP. Maurus pacem religiosam turbet et petijt quatenus P. Maurus pro illusione Rndorum Patrum Calculatorum gravius puniat, praesertim quando Delirium Capituli allegasse Rndum Patrem Maurum asseruit quando ad illum Calculatores descenderunt quatenus chartas quas ex regestris laceravit reddat.

RP. Franciscus respondit Siquidem Rndi Patres thesaurarij allegarunt quod aureos portugales sex, item aureos decem de manibus Rndi Patris Stanislai ad thesaurum acceperunt apparet quod R. Pater Maurus gratis repetat praetensas res in Regestro suo specificatas

P. Benignus respondit quatenus R. Pater Stanislaus cum Rndo Patre Mauro in pace conveniant et istae querimoniae in actis non specificentur. Adm Rndi Patres autem Gregorius Stephanus Fulgentius et Stanislaus petierunt Perillustrem et Rndm Dnum Commissarium quatenus omnino ista connotentur in Actis Capitularibus Siquidem plura sunt contra Rndum Patrem Maurum.

Perillustris et Rndmus Dnus Commissarius censuit quatenus ista omnia in privata Charta serventur connotata ad praesentandum tempore suo Celsissimo Principi Abbati Nostro, aut Siquidem placuit Adm Rndis Patribus quatenus iste Actus Actis Capitularibus ingrossetur, ita fiat et ingrossetur. Interea Rndus P. Stephanus petijt quatenus portegatur certum Decretum contra R. Patrem Maurum ratione non datae Calculationis ac illusionis factae Rndis Patribus Calculatoribus nec non ratione lacerationis Chartarum ex Originali regestro, quod quidem perlectum est, sed necdum ex mente Perillustris et Rndmi Dni Commissarij Actis Capitularibus ingrossatum. Imo Rndi Patres petierunt quatenus ista Causa reassumatur iterum, et P. Notarius istum actum non diu suspendat sed inscribat etiam alijs Actis praecedentibus.

Actum

in juramentum non sequitur, sed infirmat, & excludit; hinc testamentum, posito juramento, licet validè, tamen licitè revocari non potest, qa ia juramentum est servandum, cùm non cadat super rem turpem, nec sit contra bonos mores, & irrevocabilitas testamenti, medio juramento non sit improbata, à jure saltem canonico. Ab allatis & probatis excipiendus est aliquis casus in quo non tantùm validè, sed etiam licitè revocari possit, quia si probabiliter testator prævideret ex primo testamento plura mala successura, posset licitè revocare, imò teneretur, quia juramentum de re mala non obligat, nec observari debet ut dixi supra.

Quæres. Si testator in testamento aperto delineat aliqua verba, vel legatum, dicetur tunc totum testamentum revocatum & irritum? sicuti si fecit testamentum coram Notario publico, qui posuit illud in suo protocollo, & dedit testatori transumptum, & testator rupit tale transumptum, & cancellavit, sed intactum remansit protocollum, si talis moriatur absque alio testamento, valebitne protocollum illud, vel dicetur testamentum ruptum & revocatum? R. ad primum, testamentum solum quoad partem lineatam dici revocatum & irritum *l. nostram C. de testam.* ad secundum dico, cum Bart. & Paulo de Castro, quod non valebit, & dicetur revocatum. [illegible] lis ruptio testamenti, fuit rubrio, & [illegible] talis protocollij, cum utcu[illegible] luntate testatris

ultim. num. 1. Quod si testator expresit voluntatem suam, in schedula manu sua scripta, quam tradidit confessario, tenetur omnia scripta solvere præsertim si contenta in illa pertinent ad pias causas, in quibus non requiritur juris solennitas. Bonac: *l. cit. num.* 6. *quæst.* 1. *p.* 3. *num* 17. si tamen dubitetur, quid testator mandaverit & præceperit, tunc id faciendum, quod verisimiliter creditur testatorem voluisse, ut si mandavit dare Canonicis legatum mille aureorum pro celebratione missarum, & dubitetur, an distribuendum sit in missas manuales, vel convertendum in annuos reddit[illegible] ad missam perpetuam, & anniversaria, intelligendum est voluisse fieri in perpetuum, cum hoc cedat in majorem defuncti utilitatem, nisi aliud ex conjecturis de mente testatoris colligatur. Ut colligitur ex legato principis vel alterius valdè divitis, cùm divites soleant magnam quantitatem pecuniæ legare pro missis. Ita cum aliis Bonac: *loc: cit:*

DUBIUM 2. Si testator legatum reliquit, ujus annui redditus in pauperes expenderentur juxta suorum heredum placitum, an possit heres totam illam quantitatem semel applicare alicui hospitali, ut ex illis redditibus ibi pauperes curentur. *Et affirmativè*, qua anticipatio temporis à testatore præfixi, quando id non cedit in præjudicium tertij, sed ipsis eligentis vel prævenientis fieri potest, sed hoc legatum distribuitur inter pauperes in hospitali ergo cùm solùm præjudicetur ipsis heredibus, à quibus auferetur libertas eligendi pauperes. Si

Ab ægroto, vel moribundo, faciendo. 613

so d. 24. num. 118. Excipe à pauperum electione ad Patronos legentis pertinet, nam tunc non potest heres sæpius applicare illud legatum perpetuum hospitali, quia hoc esset in præjudicium patronj (quæritur Ellcobat *lib. 18. Dd. catalogi num. 45.*

DUBIUM 3. *An heres teneatur adsistere funeri ab ipso non impleto?* R. *affirmative*, cum distinctione. Coliat apud omnes eum teneri ad vota realia, ecce de personalibus; hæc tenentur heredes transire. At obligatio votorum realium transire. At obligatio votorum realium & heredem tranire. Quare nulla ratione potest ad personalis est. Quare nulla ratione potest quoque quam ex parte rei promissi, quæ actio quoque heredibus ex parte personæ obligatæ, cum hæredem transire. At obligatio votorum realium & ex parte personæ obligatæ sit personalis, tam ex parte personæ obligatæ, quia obligatio votorum personalium et omnibus personalis cessat. Ita Thomas, Sanchez. *libi 4. cap: 15. num: 21.* Consequenter potest cogi hæres sub pœna privationis hereditatis, ad hæc vota persolvenda. ut constat ex *cap. litteræ de Gloss.* An verò tota hæreditate ß pœnandus; de aliqua legitima, eo, quod testator vo non im-

Ab ægroto, vel moribundo, faciendo. 604 PRACTICA XI. *De Testamento*

servandum est, ut pluries dictum, quoties hæc peccato ferveri poteß, in casu ferveri potest hæc peccato, cum non teneatur testamentum revocare, & potest revocare & potest non revocare; hinc juramentum est de re licita.

Dices cum aduersarijs probare volentibus testamentum juramento firmatum nedum valide sed licite revocari posse. Juramentum inquiunt, sequitur naturam actus, super quem cadit, cùm sit velut accessorium sequens naturam sui principalis, sed actus super quem cadit juramentum in proposito est testamentum (super natura revocabile, & ex sui intrinsicore tacitam hanc tenet conditionem, *nisi revocetur*. Ergo testamentum posito etiam juramento, nedum valide, sed ritam licite est revocabile. R. ex Reg. juris *accessorium in 6. d. in Capitulo.* Ubi dicitur aliquando dari juramentum super aliquem actum, & tamen non est accessorium ad illum. Exemplum affertur de Clerico conficiente litigare coram judice secular, & jurante servare illum conclusum, an valeat juramentum? R. gl: hoc determinatur in cap: *si diligenti* de foro competenti & inquit: *dicitur ibi, quod non: quia juramentum non est accessorium ad consensum, & accessorium sequitur naturam sui principalis.* Quod non accidit de juramento in ordine ad conferendum præcidium, cum sit improbatum à jure Canonico. Hæc Canonica veritate pro responsionis fundamento præmissa. Dico pariter de juramento in ordine ad actum, qui dicitur testamentum non esse accessorium ad illum; falsum est sequi naturam sui principalis, quia testamentum secundum naturam ex institutione includit hanc tacitam conditionem. *Nisi revocetur* quam non lo



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.